This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



Digitized by Google

Regimen sanitatis Magnini mediolanensis medici famosissimi attrebatensi episcopo directum. Insuper opusculum de fleubothomia editū a perspicacis ingenii viro magistro Reginaldo de villa noua. Additur quoqz astronomia Hypocratis facile omnium medicorum pncipis de variis egritudinibus et morbis. Item secreta Hypocratis. Item Auerrois de venenis. Item quid pro quo appotecariorum nuperrime castigatum accuratissimeqz per peritissimum artis medice cultorem magistrum Nicholaum Rabby recognitum. Cum nonnullis insuper Auicenne ac plerumqz aliorum auctorū in margine cartharum insertis.

Digitized by Google

A primis deum testor: cuius nomen sit benedictum. Ab hoc enim principaliter dependet celus et tota natura. Hic enim est qui omnibus influit esse his quidem darius: his vero obscurius. In cunctis igitur deus sublimis est preponendus et honorandus. In cunctis enim propone deum ⁊ proponet te: honora deum ⁊ honorabit te: time deum et cuncta experieris securius. Ad honorē enim dei altissimi cuius nutu sermo recipit gratiam et doctrinam: necnon beatissime virginis marie eius matris et totius celestis curie. Amplius vt domino meo reuerendo dño andree de florentia attrebatensi episcopo cuius vitam deus in prosperitate conseruet et prolonget: cui nedum quod possem denegare non debeo/ sed eidem in omnibus obedire: secundum modicum meum posse valeam complacere. Necnon ad omnem vtilitatem iuuenum et specialiter rudiū pauperum copiam librorum habere nequeuntium nihilominus in hac scientia studere volentium pertractare regulas regiminis sanitatis a diuersis auctoribus medicine prioribus et posterioribus collectas: quos ante initium huius operis laborauī diligenter inspicere et dare scōm modulum mei ingenij confidens de auxilio iesu christi: qui est omnibus verus dator compilare propono hoc opusculum quod pater et domine tanto post deum vobis cōfitentius offero: quanto vt spero vestra benignitas defectum mei ingenij me in hoc opere mitius supportabit.

Digitized by Google

MAnc autem in hoc opere quicq ponam partes principales. Quarum prima est de quibusdā que antecedunt regulas regiminis sanitatis.
Secūda est de regulis regiminis sanitatis ex rebus naturalibus sumptis.
Tertia est de regulis regiminis sanitatis sumptis a rebus non naturalibus in generali et speciali.
Quarta est de regulis regiminis sanitatis sumptis a rebus contra naturam.
Quinta est de quibusdam instrumentis quibus vtimur in regimine sanitatis.
Prima pars continet duo capitula.
Primum de necessitate huius operis scilicet regiminis sanitatis.
Secundum ad sciendum quid sit sanitas.
Secunda pars continet septem capitula.
Primum de regulis sumptis a complexione naturali totali.
Secundum de sumptis a sexu.
Tertium de sumptis ab etate.
Quartum de sumptis a lapsu naturali.
Quintum de sumptis ab habitudine.
Sextum de sumptis a diuersitate membrorum.
Septimum de regulis appropriatis sexui femineo.
Tertia pars continet viginti sex capitula.
Primum est de regulis sumptis ex parte quattuor elemētorum nostro corpori occurrentium ab extra.
Secundum est de exercitio.
Tertium de fricatione.
Quartum de balneo.
Quintum de coitu.
Sextum de comestis et bibitis in generali.
Septimum de somno et vigilia.
Octauum de accidentibus anime.
Nonum de temporibus anni.
Decimum de granis pannificum.
Undecimum de leguminibus.
Duodecimum de fructibus.
Decimumtertium de oleribus.
Decimumquartum de radicibus.
Decimumquintum de fungis.
Decimum sextum de truffulis seu hydris.
Decimum septimum de carnibus.
Decimumoctauum de piscibus.
Decimumnonum de animalium superfluitatibus.
Vicesimum de saporibus.
Vicesimumprimum de potibus naturalibus et artificialibus.
Vicesimumsecundum de indumentis.

Digitized by Google

Vicesimum tertium de volentibus continere.
Vicesimum quartum de iter agentibus.
Vicesimum quintum de transfretantibus.
Vicesimum sextum de confectionibus et earum vsu.
Quarta pars continet quinq; capitula.
Primū est de his qui parati sunt cadere in egritudinem.
Secundum est de preseruando a pestilentia.
Tertium est de preseruando a veneno.
Quartum est de conualescentibus.
Quintum est de consuetudine.
Quinta pars continet nouem capitula.
Primum est de fleubothomia.
Secundum est de ventosis.
Tertium est de sanguisugis.
Quartum est de cauterijs.
Quintum est de farmaria.
Sextum de vomitu.
Septimum est de clisteribus.
Octauum de suppositorijs.
Nonum de pessarijs.

Digitized by Google

¶ Capitulum primum de necessitate regiminis sanitatis.

Quod regimẽ sanitatis sit necessariũ duplici via ĩuestigare cõuenit. ¶ Prima quidem via sumitur ex variabilitate corporis humani. Corpus enim humanũ est variabile ⁊ transmutabile: non seruans cõsistẽtiam quam habuit a generationis ꝓncipio. Materia enim nostrorum corporũ sunt duo spermata que sunt humida et liquida ⁊ multum passibilia: humidum eñ est multũ passibile. Ex his autem duobus spermatibus cũ sanguine menstruo mulieris generãtur mẽbra spũs et calores innati: sic quidẽ q ex grossiori et corpulentiori parte generãtur membra ⁊ ex subtiliori calor ⁊ spirit⁹: et hec est opinio aristotelis. et auicenne. et ꝓpter hoc opinantur aliqui q sperma masculi qõ est subtilius ⁊ spirituosius semine mulieris vel sanguine menstruo: cõuertitur in spiritũ qui cordi appropiatur ⁊ alijs membris sicut radix ramo. Ramus eñ sicut oritur a radice sic cor ⁊ alia membra a tali spiritu suam traxerũt originẽ. Cum ergo materie nostrorũ corporũ sint valde possibiles ꝓpter earum limositatẽ ⁊ humiditatẽ. Sumus enim generati in sẽne limositatis ⁊ humiditatis: non est mirum si corpora nostra sint multũ passibilia. Nõ enim sumus sicut lapides aut metalla a quib⁹ parum aut nihil resolui potest nisi in tẽporibus valde longis. Et q; corpora nostra vt ostensum est sunt multũ variabilia ex quo faciliter labi possunt extra terminos ꝓprie sanitatis: indiguerunt regimine conseruãte quod vocatur regimen sanitatis. Non autem est hoc sanitatis regimen necessarium vt non tueatur a morte: sed vtile est ꝓpter duo incõmoda specialiter euitanda: quorũ primũ est nimis cita humidi radicalis consumptio. Scõm est humorũ putrefactio. Si enim erretur in regimine anticipari poterit humidi radicalis consumptio: sicut contingit in iciunantibus et laborantibus excessiue. Poterit etiam suffocari calidũ innatum: sicut cõtingit in dormientibus et comedentibus excessiue ⁊ quiescentibus. Poterit etiam contingere in humoribus putrefactio et ebulitio: sicut patet in vtentibus rebus participantib⁹ caliditate extranea ⁊ humiditate accidentali vaporosa: talia enim sunt corpora nata putrefieri et ebullitionẽ suscipere: de quibus in processu plenius apparebit. Sic ergo patet prima via ad inuestigandum regimen sanitatis esse necessarium et vtile.

Prima via sumit ex variabilitate corporis humani.

Regimẽ est corpori hũano necessarium ꝓpter duo.

¶ Secunda via ad inuestigandum idem sumitur ex diuersitate rerũ non naturalium quibus necessario indiget corpus humanũ sicut sunt cibus ⁊ potus: aer: inanitio: et repletio: somnus et vigilia: motus et quies ⁊ anime accidentia. Hec enim res dicuntur non naturales: quia eis contingit bene et male vti. Unde circa eas contingit errare ⁊ bene agere. Et ideo circa vsum talium indigemus arte quia habetur ab Aristote. vii. ethico. q ars est de his circa que contingit errare et recte agere. Potest enim aliquis errare in vsu cibi et potus: et sic de omnibus alijs ⁊ eisdem bene

Scõa via

Digitized by Google

vti. Bene igitur est vtile habere artem euitandi malum vsum et prosequendi bonum sicut in virtutibus ⁊ in aliis artibus est videre.

Capitulum secundum Ad sciendum quid sit sanitas.

Quot modis sanitas dr.

NOn est possibile sanitatē custodire semper. Nam semper custodire omnia fama ignorauimus. In hoc ergo capi. dicem⁹ primo quid est sanitas. Secundo quot modis dicitur sanitas. Nec intēdimus loqui nisi de hominis sanitate vel aliorū ab homine vt veniant forsitā ad vsum hominis. Vnusquisq; autem hominum dicit se forte sanum cum potest in operationes solitas sine sensibili lesione. Verbigratia. Si oculus potest in actus videndi consuetum sine omni lesione sensibili: dicitur sanus: et similiter in omnibus aliis membris. Dicamus ergo q̄ sanitas est vna bona dispositio corporis humani per quam agit vel patitur actionem vel passionē ei debitam scōm naturam absq; notabili lesione. Hec autem dispositio ē originaliter et primo in membris homogenis seu similibus puta in osse et carne et consimilibus: et vocatur commensuratio in quattuor primis qualitatibus: puta in calido: frigido: humido et sicco. Talis igitur commensuratio est sanitas consimilium et est complexio vel proprietas consequens complexionem vel concomitans. Amplius dispositio bona que est sanitas: secūdo est in membris etherogeneis seu officialibus: puta in manu: pede: cerebro: et corde. Hec autem sanitas non solum est commēsuratio calidorum: frigidorum: humidorum ⁊ siccorum: sed etiam quantitas membrorum numerorum figurarum ⁊ situum. Unde ad hoc q̄ manus et pes possint insolitas operationes sine lesione insensibili non sufficit temperamentum complexionis quod consistit in cōmensuratione calidorum frigidorum humidorum ⁊ siccorum: immo oportet manum esse debite quantitatis ⁊ debite figure debiti situs et habere digitos determinati numeri. Et quia membra organica componuntur ex similibus et ab eis dependēt: sanitas organicorum dependet a sanitate consimilium. Et quia totum corpus est compositum ex diuersis membris consimilib⁹ et organicis: sanitas vltimo reperitur in toto. Unde ex omnium mēbrorum coalternatione tam principalium q̄ nō principalium tam simpliciū q̄ organicorum sanitas resultat totius corporis. Sic igitur ad sanitatē totius corporis requiritur commensurabilitas membrorum consimiliū et coequalitas organicorum: et requiritur etiam vnitas in vtrisq;. Unde solutio continuitatis quo ad similia vel cōtiguitatis quo ad officialia impedit corporis sanitatem. Sic ergo patet quid est sanitas de cui⁹ regimine nos intendimus. Nunc restat ostendere quot modis dicatur sanitas quantum spectat ad propositum nostrum. Propter quod sciendū est q̄ sanitas non est indiuisibili consistit quod apparet primo inducentibus in diuersa membra quorum nō est eadem sanitas cum appareat manifeste ea habere diuersas complexiones et diuersas compositiones et per consequens diuersas sanitates quod est bene rationabile cū habeāt diuersas operationes. Et talis diuersitas arguit diuersam sanitatem.

Mēbra organica dependēt ex similib⁹ ab eis vt dicit Auicēna

Digitized by Google

Galie.iij.de morbo. Siquidem sanitas dispositio est factiua actus. Hoc etiam apparet diuersitatem considerantibus eratum. Unde puer nō est eiusdem sanitatis punctualis sibūpsi seni. Unde scōm aliam et aliam eratem est alia et alia complexio et per consequens alia ⁊ alia sanitas et p consequens indiget alio ⁊ alio regimine: et similiter diuersa membra indigent diuerso regimine sicut posterius apparebit Aristotel. v. phisicorum: immo non est eadem sanitas mane ⁊ vespere: sunt enim corpora nostra incontinua alteratione: ⁊ sic continue aliter se habent q̄ prius: ⁊ sic sanitas non in indiuisibili consistit. Hoc idem patet ex diuersitate sexuū. Alia est enim sanitas masculi et femelle. Hoc etiam patet ex diuersitate regionum. Nam homines diuersarum regionum sunt diuersarum complexionum ⁊ per consequens sanitatum. Hoc etiam patet ex diuersitate complexionum naturalium. Nam homines diuersarum complexionum sunt diuersarum sanitatū. Unde sanitas colerici alia est a sanitate fleumatici ⁊ sanitas temperati alia a sanitate lapsi. Unde sanitatis latitudo est valde magna: est tamen dare vnam sanitatem alijs perfectiorem. Et est sanitas corporis tēperati in specie humana que etiam sanitas indiuisibili non consistit propter aliqua superius tacta. Hal.iij. de morbo.

Secunda pars de regulis sumptis a complexione naturali.

QUoniam diuersorum hominum sunt diuerse complexiones totales: immo nō est possibile duos homines simul esse eiusdem complexionis totalis scōm gradum consequens est q̄ diuersi homines indigent diuerso regimine sanitatis. Hal.iij. tegni. Cū enim regimen sanitatis sit per similia si complexiones diuersorum hominū sunt differentes oportet q̄ per differentiam conseruentur. Et omnino idem cōuenit sidicatur q̄ regimen sanitatis non est p similia vt multi dicunt de corporibus multum lapsis. Nam sicut lapsi qui debent regi non per similia: vt multi dicunt sed p contraria sunt diuersi sic etiam eorum regimē erit diuersum. Quod enim diuersa vt diuersa p idem conseruētur non bene rationabile. Quod igitur sunt diuersitates in cōplexione naturali totali hominis tot sunt diuersitates reguminis sanitatis. Sunt enim nouē diuersitates in complexione naturali totali ipsius. Quarum prima nobilissima et est complexio temperata ad iusticiam ⁊ ab hac cōplexione temperata labi contingit octo modis quattuor simplicibus ⁊ quattuor cōpositis. Simplicibus quidē in calido frigido humido ⁊ sicco. Compositis quidē calido et sicco calido ⁊ humido: frigido ⁊ sicco: frigido ⁊ humido. Cū dato q̄ lapsus q̄ est respectu tēperamēti pōderis sit de necessitate in duabus qualitatib⁹ scōm sententiam sapientū: tñ lapsus a temperamēto iusticiali potest esse in vna qualitate. Vocatur autē temperamentum ponderis in quo elemēta quattuor sunt simpliciter adequata sic q̄ vnū alterū non excedit nec ecōuerso: tale autē tēperamentū est impossibile scōz naturā Unde ex hoc tollitur actio ⁊ passio elementoz adinuicē ⁊ per consequens mixtio et mixtū. Et per consequens cōplexio que est ꝓprietas mixti. Et respectu hui⁹ tēperamēti oīa quecūq; sunt illa sunt lapsa in vna qlitate

Rationabile non est vt diuersa per idem conseruētur.

Digitized by Google

actiua et in vna alia passiua. Vnde omnis res attributa cõplexioni hz in se dominium vnius qualitatis actiue que est in ea loco forme et alterius passiue que est in ea loco materie. Vnde homo qui habet naturaliter cõplexionem magis equalem labitur a temperamento ponderis in duab⁹ qualitatibus: puta in calido et humido: vnde cõplexionata omnia labũtur ab hoc temperamento in duabus qualitatibus. Temperamentũ autem ad iusticiam est temperamentum debitum alicui scõm indigentiam speciei vel indiuidui vel partis indiuidui. Verbigratia: natura humana secundum speciem habet vnam complexionem sine qua forma humana nõ potest esse. Similiter homines sclaui vel indi habent vnam cõplexionem propriam sine qua stare non possunt. Similiter quilibet homo particularis habet vnam propriam complexionem sine qua esse nõ potest. Et similiter intelligatur in complexione partium istius hominis cum illo temperamento ponderis que ex necessitate est in duabus qualitatib⁹ vt ad presens supponimus. Ab hoc enim temperamẽto iusticiali potest esse lapsus in simplici qualitate et similiter in duabus qualitatibus. Et scõm q aliter ꝛ aliter lapsi sunt indigebunt alio et alio regimine vel cõseruatiuo vel reductiuo. Vnde corpus in specie humana temperatũ indiget regimine pure conseruato et indiget pure cõsimilibus q̃tum ex pte complexionis naturalis. Quod autem sit illud corpus temperatum et que sunt illa pure consimilia corpori humeno temperato intelligitur ex libris antiquorum medicoꝝ. Et hoc ad presens est supponendum. Nolumus enim omnia in omnibus conculcare et specialiter quia hoc negociũ est non vt sciamus sed vt sani in sua sanitate conseruentur et ab egritudine preseruentur. Sufficit ergo scire q corpus temperatũ in specie humana debet vti his que sunt pure similia virtualiter corpori tali eo modo quo possibile est: quia scim⁹ q nichil adeo est simile corpori temperato quin ipsum aliqualiter alteret et trãsmutet. Modus autem specialis reginiinis huius corporis inferius apparebit vbi nos ponem⁹ regulas reginiinis sanitatis sumptas a reb⁹ naturalibus ꝛ sumptas a diuersitate membrorum. Ex dictis autem satis patet q corpora que labuntur notabiliter notabili lapsu naturali ab hoc temperamento non indigent eodẽ regimine ꝛ ex eisdem. Nam si loquamur de regimine conseruatiuo ꝛ sint calidiora tẽperamento natura in specie humana indigent calidioribus et frigidiora frigidioribus. Calidiora enim calidioribus indigent adiutoriis ꝛ cetera. Hal'.iij.tegni. Vnde videtur rationabile q corpora colerica conseruentur in sua caliditate per colerica virtualiter que sunt calidiora virtualiter his quibus conseruatur complexio corporis tẽperati. Nec imaginari debemus q illa que dicimus corpus colericũ cõseruare in sua colericitate sint calida simpliciter: nec colerica respectu corporis tẽperati. Si enim que sunt colerica respectu corporis temperati: administrarẽtur colerico non cõseruarent ipsum in sua colericitate: sed distraherẽt in sua complexione naturali: et facerent ipsum labi in egritudinẽ. Verbigratia: si colericus vtatur vinis fortibus alleis et pipere nõ conseruaretur. Sed talia quibus corpus colericũ conseruat sunt respectu corporis tẽperati frigida sed respectu corpis colerici sunt calida cõseruantia. Posq̃ enim passa sunt a colerico calore conuertẽtur ad eundem gradum vel prope. Vnde dicimus q corpora colerica que ponunt

Complexio naturalis hominis.

Natura humana scõm speciem hz vnam cõplexionẽ

Corpus humanũ indiget multi modis.

Corpora colerica i duobus gradib⁹ non ꝓseruabũtur.

Digitized by Google

lapsa a temperamento iusticiali in duobus gradibus non conseruabunt per calida in secundo temperamento iusticiali: sed conseruabuntur: per aliqua que postꝫ passa fuerunt a tali calore non augebunt nec diminuet suam caliditatem et huiusmodi sunt frigida in primo respectu temperamenti ad iusticiam. Et sic patet ꝙ regimen conseruatiuum talium nō est idem nec eisdem cum regimine conseruatiuo corporis temperati.et simi liter intelligatur in alijs. Si autem loquamur de regimine preseruatiuo vel reductiuo talium corporum predictoꝝ adhuc magis ad propositum quoniam corpus habens temperamentū non indiget reductiuo nec preseruatiuo: sed corpora multum lapsa puta colerica vel fleumatica indigent. Si enim conseruare vellemus talia corpora in suis lapsibus plures caderent in egritudinem:quia ex propria natura apta nata sunt labi in egritudinem quapropter dicuntur simpliciter egra et a generatione: melius est ergo ꝙ reducantur. Et quia corpora colerica lapsa in secūdo gradu caliditatis conseruabuntur per frigida in primo reducentur per frigida magis puta per frigida in secundo. Talis autem reductio non erit extra terminos complexionis colerici: sed erit infra terminos latitudinis eiusdem. Et sicut dictum est de colericis idē intelligatur in alijs lapsibus tam simplicibus ꝙ compositis. Quid etiam sit gradus et graduum distinctio quomodo accipiatur apud medicum ad presens supponatur et de hoc faciam vnum tractatum.

¶Capitulum secundum De regulis sumptis a sexu.

SIcut diuerse complexiones naturales indigēt diuerso regimine:sic etiam sexus diuersus diuersam arguit complexionem. Masculi enim sunt calidiores et siccio res et in ꝓtitate maiores et longiores ⁊ fortiores ⁊ cōmuniter prudētiores femellis in specie humana quicqd sit in alijs speciebus in quibus potest ꝓtingere femellas esse maiores ⁊ calidiores videlicet in animalibus viuētibus de rapina et in quibusdam entonioꝝ ⁊ piscīū de quib⁹ ad presens non est sermo. Supponam⁹ ergo ex his que apparēt ex dictis sapientum masculos calidiores ⁊ sicciores esse in specie humana femellis ⁊ femellas frigidiores ⁊ humidiores et corpe misericordiores masculis. Vir ergo tēperatior est calidior et siccior muliere tēperata:⁊ p consequens indiget alio regimine conseruāte. Et puto saluo meliori iudicio ꝙ mulier tēperatissima in genere mulieris nō indigeat regimine reductiuo sed cōseruatiuo sicut masculus tēperatissimꝰ. Masculus eīn tēperatissimus tēperatior est in specie humana ꝙ mulier tēperatissima. Ambo tamē sunt infra temperamentū corporis sani simpliciter et habēt illud temperamentū ꝙ se extēdit ad masculum et ad femellā. Quod autē masculi ceteris paribus sunt femellis calidiores supponamus ad presens ex dictis sapientum:et ex signis manifestis sic patet: quo habito patet ꝙ ad diuersitatem complexionum diuersorum sexuum diuersi sexus indigent diuerso regimine conseruatiuo

Alia ē cō positio in sexu femineo ⁊ masculino.

Digitized by Google

vel preseruatiuo. Hoc idem patet ex diuersitate compositionis et operationis. Nam alia est compositio in sexu femineo et masculino vt multa membra sunt in femellis que non sunt in masculis et econtra et aliter dispositā. Unde in mulieribus est matrix et collū matricis que non sunt in viris: et in viris est virga virilis que non est in mulieribus. Similiter mammille in mulieribus sunt propter lactis generationem: sed in viris non sunt ad hunc finē: sed propter decorē et caliditatis cordis conseruationē. Unde māmille mulierū sunt maiores māmillis virorum. Amplius in mulieribus est impregnatio ꝛ menstruox euacuatio que nō est viris. Amplius in mulieribus est ifantiū lactatio sine nutritio. Et sic in regimine sexus feminei egemus regulis specialib⁹ diuersis quibus non egemus in regimine masculox. Nā indigemus regimine ꝓseruante nutricē ꝛ collū eiusdē matricis ꝛ preseruante a fluxu et retētione menstruox inordinatis. Amplius indigemus regimine cōseruante ꝛ preseruante māmillas ad moderatā ꝛ bonā lactis generationē. Indigemus etiā regimine pregnantis et parturientis et lactantis quox nullo modo indigemus in regimine virox. Et de his omnib⁹ propter artis perfectionē bonū est facere capitulū singulare: ꝛ de illo forsan inferi⁹ apparebit. Et erit capitulū de regulis appropriatis sexui femineo vt differt a masculino. Et sic ptz diuersitas regiminis sanitatis ex diuersitate sexus. Et sicut oportet cōsiderare diuersitatē sexuū in regimine sanitat⁹. Et sic etiā ꝛ diuersitatē regionū. Nā homines diuersarū regionū: sunt diuersarū cōplexionū naturaliū ꝛ formarū diuersarū ꝛ figurarū et colox sicut in regionibus extremis est videre puta de sclauis ꝛ indis. Isti distant in cōplexione. Et abusio esset dicere ꝙ ex eisdē ꝛ eodē modo conseruarent in sanitatibus suis. Et puto saluo meliori iudicio ꝙ lapsus diuersi scōm diuersitatē regionū non indigēt regimine reductiuo sed cōseruatiuo. Nam scōm illos lapsus qui sunt ex parte regionis corpora non dicūtur egra nec egrotatiua simpliciter nec vt multū nec vt nunc. Unde indiuidua diuersarū regionū solū indigēt reductiuo regimine scōz lapsus appropriatos singulis indiuiduis vt labuntur a medio latitudinis proprie regionis. Unde sclauus tēperatissimus nō indiget regimine reductiuo ad complexionē climatis tēperati. Unde sclauus tēperatissim⁹ melius viuit et sanius in suo proprio climate ꝙ in climate tēperato: sz sclaui qui sunt multū lapsi a tēperamento proprij climatis indigent regimine reductiuo ad ꝓpriū tēperamentū eiusdē sic tñ ꝙ illa reductio sit infra terminos latitudinis cōplexionis proprie et nature indiuidui que reducitur. Unde puto ꝙ in quolibet climate sunt corpa sana simpliciter ꝛ egra simpliciter et semp et multū. Corpus tamen sanū vnius regionis est sanius ꝛ pfectius alio alterius regionis. Nā corpus humanū tēperatissimū climatis tēperati dicitur mediū vnū equale ad iusticiā in cōparatione ad corpa tēperata aliarū regionū et respectu huius alia corpora dicūtur lapsa sed ille lapsus non erit faciens talia corpora egra aliquo modo.

¶ Capitulū tertiū de regulis sumptis ab etate.

COnsequens est dicere regulas generales sanitatis sumptas ex diuersitate etatum. Supponamus hanc diuersitatem etatum esse in homine temperato libero ab occupationibus qui sit potens obedire siue subiici regimini sanitatis. Quid autem sit de corporibus lapsis et occupatis ex dictis poterit apparere. Et

Digitized by Google

De regimine eius

quia prima etas est infantium primo dicemus regulas regiminis sanitatis ipsius infantis que in fine equalitatis existit. Dicamus ergo ꝙ talis infans post parturitionē ipsius statim ponendus est in aqua temperate caliditatis ne corpus suū alteretur ab aeris frigiditate vel excessiua caliditate. Ut etiā sordes si que a matre fuerint derelicte per aquā calidā deleantur. Sed ante etiā vmbilicus est ligandus nō nimis longus ne sit maior q̄ deceat: nec nimis breuis ne sit minor q̄ deceat: nec debet etiam ligatura esse nimis fortis: nec nimis debilis ne prius cadat ⁊ citiꝰ q̄ oportet nec tardius. Ligatura debet esse de filo lane non nimis duro. Post abscisionē vmbilici aspergatur sanguis draconis vel aliq̄d simile vtputa ciminū: sarcocolla vene citrine. Quantitas inscisionis est quattuor digitorum et ligationis vnius digiti. Post casum vmbilici mulieres gallicane saliuā solū ponere cōsueuerūt. Alij autē docent apponere cineres coclearū vel plumbi adusti vel calcanei vitulini. Consueuerunt mulieres gallicane infantē natū nouissime ante om̄ia ponere supra nudas paleas: et eundē fricare paleis tēperata fricatiōe. Et ego laudarē paleas nō eē frigidas nec calidas excessiue: sed calidas tēperate. Sed mos aliaꝝ est infantē recipere in gremio in pāno lineo vel laneo tēperate caliditatis. Et vt sit ad vnū dicere recipiēdus est īfans in loco siliori loco matricis q̄ possibiliꝰ ē: qꝛ mutatio subita nocet nocumēto magno. Et iō nullo mō balneādi sunt post ꝑturitiōeꝫ in aq̄ frigida: sicut q̄dā barbari ꝯsueuerūt sꝫ in aq̄ pura tēperate caliditatis sili caliditati matricis in q̄ ꝑ experiētiā nos videmꝰ eos q̄ plurimū delectari. Dicūt ātiq̄ꝝ q̄dā ꝙ eoꝝ corpa post partū debēt synapizari sale mīutissime triturato ⁊ deīde fasciari recent. Hec em̄ sinapizatio vtilis ē ad mēbra eoꝝ roborāda a frigore calore et similibꝰ. Ex hoc em̄ eoꝝ cutis efficitur dēsior ⁊ impossibilior: humiditates ⁊ impuritates cutis supflue cōsumunt in quibꝰ cōstat īfantes abundare. Sed qꝛ sal habet ex sui natura mēbra infantis mordicare loco sal ad p̄dictas intentiones vtuntur aliq̄ sapientū oleo fructꝰ glādiū ex quo mēbra roborant ⁊ humiditates aliq̄liter desiccant. Rōnabile est istud in infantibꝰ valde calidis ⁊ multū raris puta colericis ⁊ sanguineis quorū mēbra sunt valde rara. Sꝫ in īfantibus q̄ sunt in fine equalitatis secꝰ est In his em̄ sal magis vtile. Et si essent fleumatici infantes eoꝝ sal debet esse calidiꝰ ⁊ nō siccius. Empliꝰ eoꝝ vesice sunt cōprimēde vt faciliꝰ vrinam emittāt. Eoꝝ etiā nares purgētur cū digito minimo cuius vnguis nullā habeat eminētiā ⁊ ani orificiū minimo digito inūcto oleo est apiendū. Mlieres gallicana hn̄t regulā spālē in regimīe īfantiū quā volumꝰ p̄mittere. Dicūt em̄ infantes nouiter natos debere synapizari farina et spāliter ꝑtes eoꝝ īferiores musculosas: deīde fricari cute porcina tēperate asperitatis. Dicūt em̄ supfluitates malas ab eoꝝ corpibꝰ resolui. Est ēt īfans balneādꝰ singul diebꝰ bis nō q̄dē pleno stomacho lacte nec statim post lactatōeꝫ sꝫ an̄. Sicut em̄ exercitiū dꝫ anticipare cibū in potētibus exercitari: sic balneū dꝫ āticipare lactationē in nouit natis q̄ nō p̄nt exercitari. Un̄ si stomachꝰ sit plenꝰ lacte eoꝝ digestio corrūpit ꝓpt balneū ⁊ opilatiōes in lateribꝰ generant: siliter eoꝝ dyafragma cōprimit ⁊ in eisdē tussis generat ⁊ īterdū vomitꝰ q̄ oīa in nouit nat nociua sūt simpliciter ⁊ euitāda. Nō dꝫ autē balneari in aq̄ sapiēte naturā sine v̄tutē farmacoꝝ cuiusmōi sūt aq̄ sulphuree ⁊ alūniose: sed dꝫ eē aq̄ pura fōtina cuiꝰ motꝰ sit v̄sus orientē ꝑ terrā arenosā nō lapideā nec lutosā: ēt a mō-

Qualit mulieres se debēt regere erga regimen infātium.

tibus discoopertam: aeri et soli exposita nullius saporis: substantie subtilis: cuius resistentia nulla vel pauca pondere leuis: qui cito calefit ⁊ cito infrigidatur. Mozentur in balneo quousq; carnes eozum rubere incipiant. Et post balneū decenter sunt fasciandi sicut nouerūt matrone circa hoc insistentes. Fasciatio autē non debet esse nimis stricta ne eozum augmentū impediatur nec nimis mollis ne eozū membra indebite figurentur. Nec debent esse panni ex quibus fasciantur frigidi. Et si forsan ne eozum membris aliquod peccatū appareat ex parte figure vel situs vel quātitatis post balneū fasciando temptari debet eoz correctio sicut nutrices infantibus suis facere consueuerunt. Et similiter in his quoz̄ vna tibi est breuior alia. scilicet magis extendendo eam q̄ aliam. Post hoc autem infans lactandus est quousq; dormiat. Quod si forsan dormire non velit consolandus est cū dulcibus cantilenis. Et si omnia ista non inuerint portandus est tot⁹ fasciatus hincinde. Et sup omnia studeat nutrix q̄ eius vestes nō sint sozdide. Sed quia matronas in his expertas videmus magis ꝓficere: in hac materia me amplius tenere nō intēdo. Totiens enim sunt fasciandi in die quotiens eoz vestes sozdide reperiūtur. Semper autem post balneum lactandi sunt: et similiter post eoz vestium sozdidarum mundificationē. Si quidem eos lac sugere delectabiliter videamus quod eozundē infantium lactandi cōsuetudine facile est videre tunc secundum q̄ plus vel minus recipiant vnica lactatione delectationem lactis secundum hoc sepius vel minus sunt lactandi. Maior pars temporis nouiter natozum occupanda est in lactatione: balneatione: dormitione: et huiusmodi vestiū sozdidarū mutatione. Nec omnino nouiter nati indigent alio cibo nisi lacte: et hoc eis sit loco cibi et potus.

Lac cōueniēti⁹ pueris lactantib⁹.

Lac autem infantibus conuenientius est lac matris ꝓprie. Nam natura sagax sagacitate cui⁹ nō est finis ex vna portione sanguinis menstrui fetum generat et nutrit in vtero matris: et ex alia portione lac in mammillis generat quod quidem lac cum sit generatuz ex sanguine maxime simili sanguini qui fuit materia generationis ⁊ nutritionis infantis: est eidem optimum nutrimentum quod est verum supposito q̄ mater sit sana et debiti reginiinis secundum q̄ requirit actus nutritionis nutricis. Et hoc est quia ex eisdem sumus ⁊ nutrimur. Quod si forsan mater ꝓprium genitum nutrire non posset vel non velit: tunc eligenda est nutrix sana bone conditionis et boni moris: etatis perfecte: cuius color ad nigrum declinet: et vene sint late: et colum grossum et pectus amplum ⁊ mammille non carnose magnemon laxe: venarum multarū: cuius lac nō sit nimis subtile et seozsum nec nimis grossum et caseatum: colozis albi: boni odozis et boni saporis. Cuius etiam lac nō sit nimis partui propinquum: nec nimis remotum cuius partus fuit naturalis etiam masculus et sit vnius mensis cum dimidio vel duozum. Et si possit inueniri nutrix similis complexionis et reginiinis matris infantis cuius partus fuerit naturalis etiam masculus non esset malum immo puto q̄ talis esset preomnibus eligenda suppositis lactis conuenientia in quātitate et in conditionibus ante dictis. Quod si mater ꝓprium filium nutrire velit non eligatur alia sanitate et bono regimine habitis cū lactis sufficiētia. Cū autē sit bonū regimen nutricis ex quo lac eius sdē cōseruetur corrigat et augetur infans: apparebit post vbi regule reginiinis sanitatis appro-

Digitized by Google

priate sexui femineo vt differt a masculino ponentur. Et non laudarē q̄ in primis diebus part⁹ mater lactaret propriū filium suum. Tum q̄ mater multū alterata est a partu. Tum q̄ lac diu remansit in māmillis ex quo forte potest esse corruptū: sicut etiā ex proprio colore ⁊ substātia est videre. Vnde mulieres gallicane faciunt sugi lac ab earū māmillis per aliquā mulierē vilem ad hoc deputatā. Non est cunabulum eius mouendū ad somni prouocationē motu violento ne eius lac in stomacho concutiatur et digestio corrūpatur: sed motu suani et si sine motu cum māmilla somnus possit prouocari melius est. Moderatus fletus ante lactationem conuenit: et specialiter ad partium spiritualium dilatationem ⁊ ad humiditatū capitis aliqualē euacuationē ⁊ ad caloris tēperati reuocationē et confortationē. Lactentur bis vel ter in die naturali vel ad plus quater. Quod si forsan in eor̄ stomachis corrūpatur lac ex multa ⁊ immoderata suctione: ex qua cōtingit inflatio ⁊ extensio ⁊ ventositatū multitudo et vrine albedo longo tempore famelici sunt permittendi: et studium impendatur vt somnum dormiant longum. Securius est vt paruꝰ sugant lactis et sepe. Assimilantur enim corporibus conualescentiū qui sic sunt cibandi vt inferius apparebit. Bonum est etiam ante lactationē q̄ parum mellis despumati cum aliquantulo vini lymphati albi eisdem propinetur propter stomachi ablutionem ⁊ lauationē. Et specialiter in principio aliquid lactis in infantiū oribus mulgeatur vt minus eor̄ meri in actio laboret et ex conamine suctionis eorum gule cum mery et reliquis instrumentis lesionem incurrant. Hoc igitur sit regimen infantium quousq̄ dentes emittant anteriores. Postq̄ dentes apparuerint anteriores alius cibus a lacte nutricis infantibus interdum est tribuēdus sicut cibi lacti similes in substantia ⁊ virtute lacte tamen parū grossiores. et sunt cibi qui pauca vel nulla indigent masticatione cuiusmodi sunt cibaria laudabilia a matribus vel nutricibus eorum primitus diligenter masticata vt panis in aqua mellis dissolutus vel in aqua carnium laudabilium vel cibus factus ex farina tritici et lacte animalis sicut mulieres gallicane facere consueuerūt. Aut panis dissolutus in vino bene aquato interdum potest eis bene tribui. Aqua bona ⁊ pura cuius conditiones superius dicte sunt: potest etiam permisceri cum aliquantulo vini. Nec laudo q̄ predicti cibi tradantur infantibus simul cū lacte. In hora enim in qua aliquis predictorum ciborum exhibetur infantibus abstineat a lacte quousq̄ predictorum ciborum digestio fuerit perfecta. Hoc facto possunt indui ⁊ portari ⁊ balneari minus quam ante. Cum autem inceperit per seipsos ambulare: nutrix debet esse solicita ne infans diuersis et inordinatis moueatur motibus ne forte eius membra torqueātur: nec est cogendus sedere vel ambulare anteq̄ scōm naturā desiderium veniat. Locus in quo sedet non debet esse durus: nec asperitatem habens: nec coram ipso debent esse alique ex eis que pungunt ⁊ incidunt. Custodiendus est ne ab alto loco labatur. Cum autē dētes canini inceperint apparere ab omni re que ad masticandum dura est debet abstinere: ne forte materia predictorum dentiū propter durorum masticationem totaliter resoluatur. Et tunc plurimum bonum erit fricare gingiuas ex axungia galline vel ex butyro recenti et cerebro leporis ex hoc enim facilior eorum fit transitus ⁊ origo. Et quia in tempore originis dentiū predictor⁹

Gallicane mulieres lac sugi faciūt.

Moderatus fletus ante lactationē conuenit.

Quot modis potest aqua permisceri cuꝫ vino.

Digitized by Google

consueuerunt infantium colla rubere ꝙ plurimum laudo ꝙ hoc tempore vngatur caput et collum cum oleo rosato conquassato cum aqua calida. Cum autem possibile est vt cum predictis dentibus mozdere desiderante proprium digitum masticare quapropter hoc tēpore frustū parum radicis yreos in eozū manibus est ponendum que non sit sicca: sed inter siccum ⁊ viride mediocris. Nam ex eozum masticatione prohibentur eozum gingiue ab vlceribus et dolore. Laudo ꝙ gingiue earum frequenter cum melle despumato cum aliquantulo salis fricētur: hoc enim prohibet a dolore ⁊ vlcere. Quando autem predicti dentes canini pfecte creuerint radix liquericie continue masticetur. Et ꝙto infantes magis appropinquant ad tempus in quo sunt a matre totaliter sequestrādi tanto oportet assuefieri cibarijs magis grossis. Tempus sequestrationis est cum possunt alios cibos masticare pfecte: cum scilicet oēs dētes emiserint. Et hoc tempus est duozum annozum cōmuniter. Dicunt quidam ꝙ masculus tardius sequestrādus est ꝙ femela ceteris paribꝫ. Quod si infans perfide ⁊ inordinate post tempus sequestrationis mammillam quesierit ⁊ ex illo inordinate steuerit: epithimande sunt māmille cum aliquibus que infanti abominationem inducant in gustu cuiusmodi sunt succus absynthij et mentastri et myrrhe et similium. Hoc ergo sit regimen infantis quousqꝫ a nutrice sit sequestrādus. Postea tota sollicitudo parentum debet esse in meliozando mozes ipsius. Et in hoc consistit duplex vtilitas vna vt crescat bonus ⁊ fiat ei in bono habitus fixus qui generatur in anima ex actibus frequētatis. Et hec vtilitas est in anima cuius artem non habet medicus sed moralis philosophus. Alia est attinens corpoi. Nam ex malicia mozū ⁊ passionū potest in corpoze generari cōplexionis malicia. Unde sicut mali mozes sequuntur maliciam complexionis: sic possibile est maliciam complexionis ex mozū malicia generari. Unde timoz in multo tempore perficit melancolicuz. Et ergo nō sunt permittēdi nimis tristari nec irasci nec flere nec gaudere: ſꝫ medium in his elegibile est. Et si nobis appareat eozum natura vel constellatio inclinari inordinate ad aliquam passionem auertēdi sunt ad cōtrarium. Aduertentes enim ad contrarium ad medium veniemus sicut dirigentes linga tortuosa facere cōsueuerūt. Et sic patet ꝙ in custodia morum summa corporis et anime custodia consistit. Post somnum balneādus est quousqꝫ eius carnes rubere incipiāt: deinde ludere permittatur per vnam horam: deinde cibandus est cibis laudabilibus. deinde pmittendus est ludere prolixius: deinde balneandus est. Post sequestrationem eoꝝ aliqui sunt contenti exercitio: parum aut nihil curantes de balneis: sed quia eozum membza ante septimum annum sunt multū debilia et ad motum inepta rationabile est ꝙ interdum balneantur ad membzorum confortationem ⁊ ad superfluozum tertie digestionis expulsionē ⁊ vt membza ad augmentum preparentur. Non debent esse balnea sapiētia naturam aliquozum farmacozum cuiusmodi sunt sulphurea aluminosa et similia: quia redderentur ex illis corpoza eozum inaugmentabilia. Et propter eandem causam exercitium eozum non debet esse forte multum et magnū: quia membza eozū adeo sunt debilia ꝙ exercitium forte pati nō possunt. In hoc tempoze etatis vinum est nocium et eo nō indigent. Nocium quidem qz est ignem addere igni. Habent etiam neruos

Radix liquericie. Tempus sequestrationis.

Malicia cōplexionis ex mozum malicia.

Digitized by Google

debiles et cerebrum quorum vinum est maxime lesiuum: et precipue q; eorum nerui sunt valde passibiles et penetrabiles a vino quod est optimus penetrator propter subtilitatem eius debitam ex parte actionis et substantie. Vinum enim est subtile in substantia et actione. Nec indiget vino propter vrine mundificationem: et colere rubee cum vrina mundificationem. Nec propter corporis humectationem: nec propter melancolie repressionē: nec ꝓpter digestiue ⁊ caloris innati confortationē: vt cōsideranti manifestum est. Vinum album limphatum valde potest eis ꝓpinari loco potus. Et quanto sunt calidiores complexionis minus vrantur vino: ⁊ quāto frigidiores plus vrantur eo. Aqua que est potus eorū sit pura cuius cōditiones superius tacte sunt. Hoc sit regimē pueri quousq; magistro tradatur quod est tempus annorum sex. In hoc tempore tradatur magistro qui eum doceat in moribus ⁊ sic gradatim est ordinādus: nec solito balneandus et eius labor ante comestionem augmentandus: quia eius membra sunt solito fortiora. Non sunt tamen apta fortibus exercitijs ante decimumquartum annum: immo forsan eis nō competit exercitium forte et magnum ante finem adolescentie. Vsq; ad duo septennia annorum non competit vinum nisi aquaticum sed minus q; ante. Sed interdum non est malum eis in hoc tempore ministrare parum boni vini: propter preseruationē a generatione opilationum. Hoc sit regimen pueri vsq; ad decimumquartū annum. Vnde parū deinceps differt regimen corpori debitum scilicet temperato libero vacare potenti regimini sanitatis a regimine transeuntiū decimumquartum annū preterq; q; possunt fortioribus exercitijs vtiet cibis grossioribꝰ ⁊ vinis minus aquaticis et paucioribus balneis et indigent breuioribus somnis. Non indigent exercitijs fortissimis nec talia exercitia sustinere possunt sine notabili lesione cuiusmodi sunt exercitia luctātium tornantium ⁊ similia: nam eorum membra non sunt sufficienter apta ad tales motus ꝓpter eorum imperfectionē: sunt enim adhuc in via augmenti: et talia exercitia impediunt eorum augmentum. Et sicut dictū est de exercitijs ita intelligatur de cibis: non enim possunt digerere cibaria fortissima ad digerendum dura: quemadmodum possunt illi qui sunt in termino adolescentie. Similiter actus venereorum non sunt eis ita conuenientes sicut his qui terminum adolescentie sunt consecuti: immo ex coitu inordinato magnam cōsequuntur lesionem. Ex hoc enim corpus impeditur ab augmento: nec semen est vtile generationi: anteq; membra ad perfectū augmentum peruenerint: vt pater in terrenascentibus quorum semen est imperfectum anteq; planta augmentum perfectum deuenerit. Cum autez aliquis ad perfectum deuenerit augmentum quod communiter supponitur circa medium quarti septennij annorum: et est annus vicesimus quintus tunc est sanitas perfectissima: et durat vsq; ad quadragesimumquintum annum. Et vocatur hec etas: eras pulchritudinis et fortitudinis. Nam hoc tempore corpora sunt pulcherrima et fortissima et in eis omnes operationes sunt fortiores: quod specialiter verum est de vitalibꝰ et animalibus quicquid sit de naturalibus. In hac etate indigemus fortioribus exercitijs et est sufficientior ad exercita fortissima: et multomagis quam aliqua precedentium. Et minus indiget balneis aque calide quam eras precedens: sed balneum frigide aque huic soli etati est

Bonū et vtile est dare vinū aquaticū pueris ꝓpter preseruationē a gñatione opilationū.

conueniens vt membra reddantur robustiora: et ad motum fortē aptiora. Nec calor innatus ex predicto balnea debilitatur: sed magis confortabitur nec augmentū membrorū impedietur. Et nō debet hoc balneum esse aque intēse frigiditatis/nec in tempore ꝛ hora frigidis: sed calidis. Cibus in hac etate debet esse grossior ꝛ maioris quantitatis et minoris numeri. Nam debent ꝛ possunt respectu prioris ꝛ posterioris etatꝭ grossum ꝛ multū cibum accipere ꝛ raro. Que sunt cibaria cōuenientia eis inferius apparebit. Potus debet esse vinū subtile albū minꝰ aquaticū ꝙ in minori etate propter vrine prouocationē: colere mundificationē ꝛ sudoris prouocationē: ꝛ membrorū humectationem. Nec debent eorum cibaria esse calida nec acuta ne forte ex eis in febrē vel capitis supercalefactionem vel humorū aduſtionē incidant. Et propter eandem rationem vitare debent omnia excessiue calida ꝛ sicca: vt piper: synapis allea ꝛ similia. Nec etas indiget breuissimo somno respectu aliarū propter digestionis fortitudinem: ꝛ robur membrorū que sunt instrumenta virtutum animalium sensitiuarū ꝛ motiuarum. Somnus enī ordinatur ad confortationem virtutum naturalium et quietē animaliū. Quo ad anime accidentia summe est vitanda ira et tristicia que sanguinem supercalefaciūt et adurunt. Nec etas actibus veneris est conuenientior propter membrorum perfectionem et caloris ꝛ spirituum fortificationē ꝛ seminis multitudinem ꝛ digestionem. Regule autem speciales regiminis sanitatꝭ que sumuntur ex rerum naturalium diuersitate inferius apparebunt. Hanc etatem sequitur cōsistentia cuius regimen parum differt a regimine immediate dicto. Hanc consistentiam sequitur senectus cuius volumus ponere regimen speciale sicut infantium. Notandum ꝙ tota intentio in regimine senum est administrare ꝙ calefaciat ꝛ humectet ex nutriētibꝰ balneis et potibus: longo somno et quiete. Et quia in stomachis senum fleuma multiplicatur per viam intestinorū euacuare procurabimus: ipsum primitus digerendo cum decoctione hysopi et oximelle diuretico. Euacuatio fieri pōt cum pigra vel cum decoctione volubilis ꝛ polipodij in qua infundantur carthamus turbith ꝛ zinziber. Pillule etiā compositе ex semine carthami ꝛ ficubus ꝛ terebētina sunt senibus cōuenientes et sit de illis quantitas duarum auellanarum vel circa. De nutrientibus senum dicamus ꝙ nutrientia senum debent esse facilis digestionis et boni nutrimenti et minoris quantitatis ꝛ numeri minoris ꝙ in etatibꝰ precedentibus. A corporibus enim senum non fit multa resolutio propter caloris subtilitatem et membrorum duriciem: et sic non indigent multo cibo/nec sepe: sed paucus eis sufficit respectu etatis prioris: et raro propter digestiue debilitatem. Et ergo debent eis administrari nutrientia que in parua quantitate possunt corpus senis nutrire sufficiēter: et quia senes non indigent sepissima refectione: immo forte eis sufficit comedere semel in die naturali. ideo facillime ferunt ieiunium quod verum est de senibus a senectute et non a senio. Senes enim a senio qui sunt sicut lucerna extinctioni parata indigent sepissima et paucissima refectione. A cibo enim multo simul sumpto suffocaretur eorum calor sicut paruus ignis a multis lignis. Et si non eis sepe nutrimentum administretur calor naturalis humido radicali consumpto sicut lucerna ad extinguendū parata propter olei consumptionem ꝛ lichini illuminati paucitatem ex-

Calor innatus ex balneo debilitat

Senectus

Digitized by Google

tinguetur. Bonum ergo puto tales dictari ter in die naturali sic q̄ inter primam et scām cōmestionē interueniat spacium octo horarum ⁊ inter vltimā cōmestionē primi diei ⁊ primā sequentis interueniat spacium decem vel vndecim horarum: et sic tertia cōmestio maior erit secunda: ⁊ secunda aliquantulum maior prima. Prima cōmestio erit circa scām horam equalem diei naturalis: et scā cōmestio erit circa horā septimam: et tertia circa decimāseptimam horam diei sequentis et est circa nonam vel decimā equales. Debent senes preterea euitare omnia cibaria fleumatis vel melancolie generatiua et venarum opilatiua cuiusmodi sunt grossa viscosa solida et digestioni inobedientia: verbigratia genera leguminum et genera piscium salitorum ⁊ non salitorum ⁊ specialiter animalium marinorum et vniuersaliter carentium squamis ⁊ spinis et carnium salitarū ⁊ specialiter animalium siluestrum porcorum boum antiquorum salitorum et non salitorū: ⁊ auium in aquis degentium ⁊ vniuersaliter cibariorū pomorum coctanorū ⁊ mespilorū et similium frigidorum olerum frigidorum pura lactucarum portulacarum et similiū. Senibus quoq; cōuenientior est eliratura q̄ frixura vel assatura: ⁊ assatura q̄ frixura: et pastillatura q̄ assatura. Salse ex vino sunt conuenientiores senibus q̄ ex acero vel veriuto. Acetum enim est senibus inconuenientissimum ratione eius frigiditatis et siccitatis. Et meo iudicio senectutē accelerat ⁊ confirmat. Item specierum genera sicut zinziber ⁊ cinamomū sunt senibus cōuenientiora. Et omnia genera specierū participantiū calliditate ⁊ humiditate vel parua siccitate. Mel senibus multum est cōueniens. Debet autē esse album: grandinosum: durū: incissibile: boni saporis cuiusmodi est mel de monte pessulano. Carnes castratorū iuuenum caponum: gallinarum: gallorum testiculi oua recentia sunt cibaria senibꝫ cōuenientia. Et similiter perdicum alaudarum ⁊ fasianorum. Hec enim sunt facilis digestionis boni nutrimenti ⁊ multi. Pisces senibus conuenientes sunt pisces marini ⁊ inter ipsos est rogetus gornatꝫ ⁊ plagitia. Et melius est q̄ decoquētur in vino cum fenículo aneto ⁊ petrosilino vt eorum frigiditas temperetur et remoueatur eorum viscositas. Lac senibus conuenit eo q̄ nutrit cito et corpus humectat. Quibusdam autē nō conuenit eo q̄ opilationē generat: vnde quibusdam ex lacte sub dextro hypocundrio dolor ⁊ extensio contingere cōsueuit: propter venarū stricturam ⁊ talibus non cōuenit. Lac cōuenientius est eis asininū vel caprinum cū aliquali quantitatē zuccari vel mellis despumati: hec enim phibent ipsius corruptionem ⁊ iuuant eius penetrationē. Caseus senibꝫ est inutilis nisi sit bene vnctuosus non salsus nec nimis recens. Butirū senibus cōuenit: quia eos humectat et calefacit ⁊ membra pectoralia lenit. Olera conuenientia: sunt ficla: blera: feniculū: petrosilinum: borago domestica et siluestris: saluia: menta: ⁊ cōsimilia que ad caliditatē ⁊ humiditatem declināt. Polipodium cū anniso est eis cōuenies ad leniendum ipsorum naturas si decoquuntur cum carnibus laudabilibus. Idem intelligatur de volubili herba cuius est flos albus ad modum campane: ⁊ mercurialis eis conuenit: ⁊ eis conueniens est oleum oliuarū maturarū et amygdalorum dulcium ⁊ zizaminū. Fructus senibus cōueniētes sunt ficus ⁊ specialiter sicce ⁊ passule ⁊ pruna ⁊ dactili. Et ficubus quidem in principio cōmestionis ⁊ alijs in fine est vtendum. Hyacalamentū etiam

De cibarijs.

Caseus senibꝫ nō multū pdestvt dicit Auerrois. vi. col.

est eis cōpetens et specialiter ad aperiēdum opilationes laterum quas
senes sepius incurrere cōsueuerunt. Clistere ex oleo simplici dulci ē eis
conueniēs interdū ad leniendū eorum naturas ⁊ ad humectandū eorum
viscera. Et omnino cauere debēt ab acuto clisteri ne eorum intestina sic-
centur sed humidum clistere et vnctuosum est eis vtilissimum. Debem⁹
sollicitari in regimine senum de lenitate ventris eor: ⁊ nihil penitus de
fleubothomia est curandū. Et loquor de senibus a senio cuius initiū. po-
nitur in septuagesimo anno vel circa: quibusdā citius quibusdā tardius.
sunt enim quidā ita male constructi corpore q nō possunt ad annū sexa-
gesimum peruenire. Vinum nouum album gallicū aquaticum senib⁹ nō
est conueniens: nisi forsan post balneuz si eos inordinate cōtingeret sitire. Vinum senū debet esse rubeum. subtile odoriferum et antiquū. Tale
enim vinum senes calefacit ⁊ nutrit: melancoliā compescit: vrinam, puo-
cat. iuncturas humectat. calorē innatum reparat. quibus omnibus indi-
gent senes. Acruminum generibus vti possunt si eisdē vti consueuerunt:
puta alleis cepis ⁊ specialiter propter opilationē venarum aperiendam
quam sepe incurrere cōsueuerunt ad quod tunc valeret oxycalamentū.
Tyriaca senibus multū cōuenit ad aperiendū opilationes ipsorum simi-
liter cōpetit medicina vocata athanasia cuius descriptionē inuenies in
antidotario. Poragia senib⁹ conuenientia sunt gruellū de auena ⁊ hor-
deo cum aqua carniū laudabilium. Similiter rape cū aqua carnium lau
dabilium ⁊ feniculo senibus sunt conuenientes. Similiter pureta ex bo-
raginibus bletis feniculo petrosilino senibus sunt conueniētes. Potus
hydromellis senibus est conueniens ad aperiendum eor opilationes: ⁊
si sint in vijs vrine decoquatur cū hydromelle petrosilinum ⁊ specialiter
macedonicum apium feniculum ⁊ similia. Et si opilatio fuerit in vijs spi
Fricatio. ritualib⁹ addaꝫ hydromelli capillus veneris: isopus ⁊ silia. Fricatio tē
perata in q̄titate ⁊ q̄litate: senibus conuenit. Debilia mēbra ⁊ dolentia
senum fricatione nō indigent. Debet esse fricatio cum manibus asperis
et grossis pannis vicibus interpositis: nō tñ debet esse fricatio tanta et
talis q membroꝝ ipsorum inducat siccitatem et p consequens frigidita
tē p viam resolutionis humidi ⁊ naturalis calidi sicut in exercitijs imo-
deratis cōtingere solet. Nec debz esse nimis parua ita q in mēbris senū
nulla fiat resolutio cū fricatio naturaliter ordinetur ad expulsionē sup-
fluitatum membroꝝ tertie digestionis: ⁊ ad cōfortationē earundē. Debz
igitur esse talis ⁊ tanta q sit sufficiēs poros membroꝝ aliqualiter aperi
re ⁊ eorundem calorem innatum aliqualiter confortare ⁊ superfluitates
eoꝝ cōsumere: vt ex his mēbra senū calidiora reddātur ⁊ naturaliter hu
midiora. Et sic patet q fricatio senū nō dz esse fortis q mēbra desiccat:
nec debilis q calorē in mēbris nō confortat. Nec etiam parua q nō suf
ficit poros aperire ⁊ superfluitates consumere. Nec nimis magna: ne mē
bra debilia senū vltra naturalē debilitatē debiliet. Debet ergo esse me
diocris in quātitate ⁊ qualitate. Tēpus autē cessandi a frictione est cū
mēbra senū rubere incipiunt ⁊ aliqualiter dolere. Nec est malū circa fi-
nem fricationis inungi manus oleo oliuarū dulci vel amigdalarum: dul
cium: vt membroꝝ senū siccitas aliqualiter temperetur ⁊ calidum na
turale in eisdem cōseruetur. Laudo hāc frictionem fieri stomacho ieiu-
no ante cibum ⁊ exercitium ⁊ eligatur locus tēperatus ⁊ hora naturali-

Digitized by Google

ter temperata vel artificialiter. Et qui nō possunt exerceri ꝑpter membrorum debilitatem vel ꝓpter aliquam causam in rebus mūdanis supleatur fricationibus ⁊ balneis fricētur qualibet die non solū fricatiōe. ꝓparante ad exercitium sed supplente vicem exercitū. Et balneātur quater in mēse balneo humectante ⁊ calorē naturalē confortante ⁊ siccitatem membrorꝫ obtēperāte. Talia nō sunt balnea sulphurea vel alumino sa: nec vniuersaliter sapiēcia naturā similium farmacorꝫ sed sunt aque dulces in quibus apponi laudo camomillā ⁊ vtrūq; sticados ⁊ bismaluā quidem ad membrorꝫ siccitatē sticados ⁊ camomillā qz mēbra confortāt et lassitudinem remouēt. Et bene laudo ꝙ circa finē balnei fricentur eorū mēbra vt sordes eorꝫ remoueantur si que sint. Et inde fricētur inūctis manibus oleo oliuarū ⁊ amigdalarū dulciū vt post balneū mēbra remaneant humidiora. Terminus balneationis et exitus initium est cū digitorū pulpe incipiūt aliqualiter exasperari. Et in hoc multū dicitur cōsiderari hominis delectario. nam quidā citius balneatione attediantur quidam tardius. De alijs cōsiderationib⁹ circa frication̄ ⁊ balneū trāseorꝫ de hoc inferius in quarta parte huius operis patebit. Senes qui adhuc habent mēbra fortia ⁊ ad exercitiū bene apta nō balneo a deo sepe/nec frictione assuescere debēr. Nam balneum ⁊ fricatio ꝑ magna parte vtilitatis ad expulsiōē ordinantur superfluitatum tertie digestionis et caloris naturalis conforcationē ⁊ membrorꝫ interiorum euacuationē ad que omia exercitium ordinatū modo debito plus valet. Membra senum debilia exercitari nō debent: ne ampliorē incurrant debilitatē: secus est in adolescentibus in quibus membra debilia naturaliter exercitātur amplius vt maiora ⁊ fortia fiant: ⁊ hoc quia adolescentiū virtutes conualescunt: et senum corpora sunt decidentia vnde nulla spes est de membrorum debilium naturaliter fortificatione per exercitiū apta debent plus exercitari nō ad virtutis membrorū augmentū: sed ad resistendi vire cōseruationē. Unde si membra superiora sint debilia: ⁊ inferiora fortia: exercitentur magis inferiora. Sed vniuersaliter ceteris paribus senes minori exercitio ⁊ debilitatiōe indigent ꝙ adolescentes vel iuuenes: vñ fortioribus exercitijs nō sunt apti cuiusmodi sunt hastiludia: torneamēta: et itinera longa: cursus ⁊ luctamina ⁊ similia his. Non enī sunt vires in senectute. Unde hec etas vacara debet his que sine viribus sustineri possunt: puta cōsilijs auctoritatib⁹ ⁊ sententijs que in senibus augeri cōsueuerūt: ⁊ nō his qui viribus corporis fiunt q̄ ad eratē spectāt priorē. Nō enim viribus corporalib⁹ quibus prior indiget etas res magne gerunt.

De balneo.

Senes debiles exercitari nō debent.

¶Capitulum quartum de regulis sumptis a lapsu naturali.

QUoniam in precedenti capitulo posui regulas regiminis tēperati siue sani a generatione a quo non parum differunt egra corpora a generatione que respectu tēperati sunt malarū cōplexionū. Volum⁹ in hoc capitulo ponere regulas regiminis sanitat' malar̄ complexionū: nō accidentaliū sed naturaliū. Sūt enī q̄dā qui a principio generatiōis calidiores sunt vltra tēpe

Digitized by Google

De regimine malarū complexionū

ramentum humane complexionis: alij frigidiores: ⁊ in alijs qualitatibꝰ tam simplicibus ꝙ compositis excedētes quarum complexionū necesse est vt sit aliud regimen conseruatiuum vel curatiuum. Hec est nostra intentio loqui de parum lapsis: qz talium regimen sufficienter haberi pōt ex his que dicta sunt de regimine temperate cōplexionis: et ex his que postea dicentur de multū lapsis. Sed in isto capitulo intēdimus de corporibus multū lapsis cuiusmodi sunt sanguinei: colerici: fleumatici: ⁊ melancolici. De complexione sanguinea. Primo loquamur de regimine sanguinee cōplexionis. Est em complexio minus mala ⁊ minus distans a temperata cōplexione: immo quidā dixerunt hanc cōplexionē est temperatam. ſ. calidam ⁊ humidā cuiusmodi est sanguinea: quod vtiqꝫ verū est respectu temperamenti ponderis. Vnde homo tēperatissimus labit in calido ⁊ humido a ponderis temperamēto: ⁊ sic intellexerūt antiquorum quidā complexionē humanā etiam in tota natura esse calidam ⁊ humidam. Sed cōplexio calida ⁊ humida respectu temperamenti ad iusticiam: puta respectu hominis tēperatissimi non est temperata sed lapsa: et huiusmodi est complexio naturalis: immo habens hanc complexionē patitur a cachochimicis egritudinibus ⁊ vniuersaliter ab omnibꝰ egritudinibus quarū causa est putrefactio ⁊ humorꝫ plenitudo ⁊ opilatio et specialiter multitudo sanguinis. In tali em cōplexione ꝓsueuit multipli cari sanguis ꝓpter quod indiget fleubothomia vel ventosa ꝓpter sanguinis euacuationem ⁊ specialiter cū regimen habentiū hanc complexionē in reliquis nō est equale. Hec fleubothomia fiēda est in ver̄ute: etate: et ceteris particularibus permittētibus: in tempore veris in principio vel in fine. In p̄ncipio vbi dubitamus de egritudinibꝰ ex sanguinis multitudine vt plurimū contingentibus. nam hoc tēpus morbo assimilatur ex repletione. In fine cum dubitamus de egritudinibꝰ ex sanguinis acutate vt plurimum contingentibus. Et ex hoc concluditur fleubothomiā in veris principio fiendam esse maiorem ⁊ in fine minorē. De venis fleubothomādis ⁊ de qualitatis ⁊ quātitatis sanguinis cognitione ⁊ de cōsiderationibus circa fleubothomiā obseruādis transeo: qz per dei gratiā de hoc fiet vnū capitulum speciale. Non solum hec cōplexio indiget fleubothomia: sed etiam farmacia: nō ad sanguinis euacuationē: sꝫ mundificationem ⁊ euentationē. Medicine ad hoc conuenientes sunt leues ⁊ benedicte puta agaricus qui est medicina familiaris turbit: certamus vt testatur Auerrois. Posuerūt medici experti multas bonas medicinas sanguinis mundificatiuas puta cassiafistulam pruna mannam tamarindum violas serum caprinum: boraginem mirabolanos: et multa similia qui in tabulis salernitanis est videre. Omnes enim medicine sanguinem mundificantes vel sunt euacuātes fleuma quod est sanguis coctus imfecte vel indigestus: vel melancoliā ex sanguinis grossiori per viā ebulitionis generatam vel coleram ex subtiliori sanguinis per viā ebulitiōis generatam. Nam cum sanguis ebulit quod subtile est ipsius cōuertitur ad coleram innaturalem que omino a corpore euacuanda est et qō grossius est in melancoliam cōuertitur innaturalē. Et similiter cū sanguis digerinō possit cōuertitur in quoddam fleuma quod nō est natum nutrire corpus. Vnde medicine euacuantes hos humores predictos: sanguinis mundificatiue ab autoribus nominātur. Non em debemus vti medicina

Digitized by Google

euacuante sanguinem in sua puritate. Unde si nõ peccet sanguis in qualitate ⁊ substãtia sed solum in quãtitate nõ est adhibenda farmacia. Unde haly refert ꝙ galienus ordinauit hoĩem interfici qui inuenit medicinam sanguinis euacuatiuã oculis coopertis ne eandẽ medicinã alium docere posset. Unde oĩno inartificiale est medicinã sanguinis purgatiuam exhibere nisi modo predicto. Nõ sic est de humorib⁹ aliis a sanguine: qꝛ stãtes in sua puritate quo ad substantiam ⁊ qualitatem: peccantes tamẽ in quãtitate debent ꝑ medicinã farmacam euacuari eisdẽ appropriatam. Ex his patet in quo differũt medicine sanguinis mundificatiue a medicinis euacuatiuis ceterorũ humoꝝ. Nã medicine euacuatiue alioꝝ humorũ a sanguine respiciũt humores illos vt distinctos a sanguine peccãtes in qualitate q̃titate vel substantia: sed medicine mũdificatiue sanguinis respiciunt eosdem ⁊ sanguinẽ vt deficiẽtes a sanguinis ꝑfectione vel ꝓpter diminutionẽ caloris: vt in fleumate: vel ꝓpter excessum nonvltimatum caloris: vt in colera: vel propter excessum vltimatum caloris: vt in melancolia. Non etiam multum a veritate remotum est ꝙ aliqua melãcolie species ex sanguine generetur a frigido cuius melancolie medicine euacuatiua etiam vocabitur sanguinis mũdificatiua. Differũt preterea medicine mũdificãtes sanguinẽ a medicinis euacuatiuis alioꝝ humorum a sanguine in hoc ꝙ medicine sanguinẽ mundificãtes sunt benigniores ⁊ minus periculose: vnde sunt quasi quedã medicine benedicte: sed sic nõ est de medicinis euacuatiuis alioꝝ humorũ a sanguine vt a sanguine distinguntur. Unde in talib⁹ illoꝝ de salerno vbi ponũtur medicine sanguinis mũdificatiue solũ ponuntur leues ⁊ benedicte cuiusmodi sunt medicine superius noĩate quarum quedã mundificant sanguinẽ fleumaticum quedã colericum quedã melancolicum. Medicine aũt euacuantes alios humores distinctos a sanguine sunt fortiores ⁊ magis periculose: quod eo contingit: qꝛ tales humores sunt minus nature obediẽtes: quãto em̃ aliquis humoꝛ magis distat a sanguine tãto magis est nature inimicus si quidẽ sanguis nature est familiaris amicus. Dicam⁹ igitur ꝙ talis cõplexio calida ⁊ humida indiget medicina sanguinis mundificatiua: sed de modo exhibitionis talium medicinarũ ⁊ similium trãseo: quia de istis fiet vnum capitulũ. Hec cõplexio cõsueuit multiplicare suꝑfluitates et specialiter tertie digestionis quapropter eam habẽtes indigẽt exercitio veloci ⁊ forti ad predictarũ suꝑfluitatum expulsionẽ ex quib⁹ posset copilatio generari et per cõsequens putrefactio in corporib⁹ prouenire. Regulas in exercitio obseruãdas ĩferius ponam in vno capitulo speciali. Eadẽ ratiõe indigẽt fricatione multa ⁊ forti ⁊ ꝙ balneãtur stomacho ieiuno bis ter in ebdomada vel ad minus semel. Et oportet stomachum habentiũ talem cõplexionẽ intueri. Nam si ipsius cõplexio ad maluꝫ verteretur: humores toti⁹ corporis ad malũ declinarẽt. Nam error notabilis in prima digestione nõ corrigitur in scd̃a. Amplius qꝛ hec cõplexio est parata putrefactioni humoꝝ bonũ est vt his vtatur que putrefactioni resistũt: cuiusmodi sunt frigida: sicca: nõ viscosa: nõ pinguia: nõ dulcia: nõ passibilia in substãtia: nõ participantia caliditate extranea: nõ vaporosa cuiusmodi sunt fructus vaporosi ⁊ specialiter virides ⁊ recentes puta ficus: vue: amigdala: ⁊ similia. Silr lacticinia ⁊ specialiter recẽtia ⁊ vina dulcia ⁊ carnes humide ⁊ calide: et vnctuose puta carnes

Medicina euacuatiua sanguis non est tribuenda.

Differẽtia inter medicinã mũdificatiuam et euacuatiuam.

Sãguis est amic⁹ nature.

De complex sanguinea

Digitized by Google

mutonine: et idē intelligatur in alijs. Talis complexio minus leditur a ieiunio vnde forsan sufficit habentibus hanc complexionē comedere in tribus diebus quater. Hec cōplexio in actib⁹ coitus sufficiētior est alijs et minus leditur a coitu. Regule in vsu coitus inferius dicētur. Hec cōplexio min⁹ leditur a vigilia inter oēs cōplexiones ⁊ plus a somno grauatur ⁊ ergo plus alijs dñt vigilare ⁊ minus dormire. Plus aūt conuenit ei ira sci ⁊ minus gaudere: ſſſr tristari q̄ alijs cōplexionib⁹. Hō conuenit ei vti cibis plurimi nutrimenti sed pauci ⁊ boni. Et de hoc inferi⁹ apparebit in speciali capitulo. Hec cōplexio cōsueuit in reumate abūdare: vnde bonum est materiā reumatis interdum per sternutationē et interdum per gargarismata conuenientia euacuare precedentib⁹ purgationibus vniuersalibus. Mastix et saxifraga sunt appropriata multū in reumatis mundificatione gargarizādo vel masticādo vel sternutando. Hec etiā complexio satis parata est opilationib⁹ venarū. Abstineāt ergo habentes hanc cōplexionē a cibarijs ⁊ potibus opilationē inducentibus: ⁊ vniuersaliter ab omnib⁹ a quibus opilatio potest prouenire. Unde vitare debēt cibaria dulcia vnctuosa grossa ⁊ etiam potus turbidos grossos ⁊ dulces: debent etiam vitare balnea post cibum ⁊ exercitū forte ⁊ coire ⁊ multum bibere: sunt eīm cautiua descensus cibi a stomacho ante pfectam eius digestionem: ⁊ ideo talis cibus veniens advenas cauſabit opilationes in eisdem. Hec sufficiant de illa complexione.

De coitu

De vigilia.

De accidentibus anime.

Opilatio.

Cibatio.

Balneatio.

De complexione colerica.

Complexio colerica calida de natu. ignis.

Regimē in senectute.

De vino.

De balneo.

Consequenter dicemus de complexione calida et sicca. Habentes eīm hanc complexionē parati sunt cadere in febres inflammatiuas ⁊ specialiter in temporibus calidis vnde laudo q̄ temporibus calidis vtantur orizacara simplici cum syrupo violarum vel nenufaris. Et rationabile est vt p̄dicti syrupi aromatizentur cū aliquāto spice vel cinamomum p̄dicti syrupi aliqualiter stomachum debilitēt. Amplius aqua hordei in temporibus calidis est conueniēs eis. Laudo q̄ predicti syrupi recipiātur cum decoctione quorundā seminū deopilantium cuiusmodi est semen melonum cucurbite citruli sariole apij. Et quia hec complexio solet in colera abundare: et specialiter tēporibus calidis indiget euacuātibus coleram cuiusmodi est reubarbarū scamonea correcta mirabolani citrini: cassia fistula: rhamarindi ⁊ simi lia. Huiusmodi cōplexionis regimen dicitur esse declinās ad frigida et humida: q; parata est cadere in egritudines colericas calidas et siccas. Est autē cōplexio hec ad senectutē parata ratione siccitatis: quapropt̄ indiget humectantibus ⁊ senectuti resistētibus: cuiusmodi sunt cibi laudabiles gallinax: pullox: et gallorum iuuenū: ⁊ extremitates porcorū: ⁊ carnes vitulorū: ⁊ omnia laudabilia odorifera nō fumosa nec acuta sufficienter subtilia. Et omniū velocis ⁊ subiti nutrimenti est vinū. Balneum aque dulcis est ei conueniens similiter somnus: debet fugere vigilias et labores inordinatos mētis ⁊ corporis. Unde hec complexio minus indiget exercitijs fortib⁹ et plus leditur a ieiunijs. Eīm habentes hanc complexionē cibandi sunt bis in die naturali: nec debent cibi eorū esse valde subtiles ⁊ passibiles nec dulces. Hā tales cibi cum percutiūtur a caloze

Digitized by Google

forti in coleram conuertuntur: sed debent esse cibi eorum fortioris digestionis. Hec complexio leditur a coitu inordinato: ⁊ est minus indigēs q̄uis propter caliditatem magis ad ip̄m sit inclinata. Hec etiā cōplexio minus indiget fleubothomijs et specialiter propter euacuationē: tamen bene indiget propter sanguinis euacuationem. De coitu

De complexione fleumatica.

Consequenter dicamus regimen complexionis frigide et humide. Regimen habentium hanc complexionem debet esse declinans ad calidum ⁊ siccum: cuiusmodi est panis triticeus bene fermentatus cum aliqua salis quātitate. Et si addatur semē anisi: feniculi: ⁊ cimini erit panis magis appropriat⁹. carnes volatilium paruorum: perdicum: turturum et columbarum iuuenū et paruorum vitulorum sunt conuenientes eis. Carnes autem porcine et vituline non conueniunt eis. Carnes gallorū iuuenum eis sunt conueniētes: ⁊ omēs carnes facilis digestionis ad calidum et siccum declinātes: et specialiter tempore frigido. Pisces ⁊ specialiter aquarū dulciū maxime inimicantur eis. Unde pisces marini sunt minus nociui eis: ⁊ laudo q̄ decoquantur in vino cum seminibus calidis diureticis. Et inter alios pisces approbo ostreas et molas in dicta complexione. Hec maxime indiget exercitio ⁊ minus leditur a ieiunio: vnde sufficit in die semel comedere. Hec debent eius cibi esse fortis digestionis: nec sit potus ei⁹ aqua vel ceruisia sed vinū forte: odoriferum in substātia ⁊ actione subtile. Hec complexio parum fleubothomia indiget: sed magis indiget farmarcia fleumatis euacuatiua: cōsueuit enim hec cōplexio fleuma multiplicare ⁊ specialiter in hyeme. Unde circa principiū veris bonū est purgare fleuma. Primo ergo digeratur cū oximelle simplici vel diuretico vel squilliticovel cum decoctione ysopi: deinde purgetur cū dyaturbith vel cum decoctione pollipodij ⁊ mirabolanorū kebolor̄ et semis cartami in qua temperentur turbith: agaricus ⁊ zinziber. Hec complexio minus ledit̄ a coitu: quia in eo satis est potens q̄uis parum appetat propter defectuz calidi: vnde totalis dimissio coitus in ea multum nociua est. Stupha est conuenientior huic complexioni q̄ balneum aque dulcis: balnea tamen aque sulphuree artificialia vel naturalia sunt ei conuenientia. Sic etiam in hac cōplexione conuenit vigilia: et somnus supfluus et precipue diurnus maxime nocet.

Fleumatica complexio frigida ⁊ humida.

De carnibus.

De piscibus.

Purgatio.

Stupha.

De melancolica complexione.

Complexio frigida et sicca ceteris est deterior et ad senectutem paratior: indiget ergo regimen calefaciente ⁊ humectante in cibis ⁊ potibus ⁊ alijs. Panis igitur habentiū hanc complexionē sit triticeus sine sale cum parua quātitate fermenti: ⁊ sit panis satis mollis. Carnes eorum sint calide et humide: cuiusmodi sunt carnes castrati et caponum antiquorum et iuuenum. Uinum etiam odoriferum/ et subtile est de his que maxime conueniunt huic complexioni. Indiget etiam fricatione temperata et exercitio temperato et balneo aque dulcis. Hec complexio indiget longo somno Coitus est maxime huic complexioni nociuus: quia coitus infrigidat

Complexio melāco. frigi. et sicca.

Digitized by Google

et desiccat et similiter tristicia et ira. Hec complexio q; sicca indiget inter refectiones tempore breui: vnde ieiunium nocet ei. Non indiget cibis fortis digestionis: quia calidum innatum est debile: quare etiã non potest sustinere multam cibi quantitatem: vnde minus de cibo sufficit et quam alijs complexionibus: sed debet ad minus cibari bis in die. Fleubothomia in hac cõplexione nocet sed cõuertit farmacia melancolie euacuatiua. Medicine autẽ ad hoc valẽtes sunt mirabolani indi: polipodij: lapis lazuli: folliculi sene: flores vtriusq; bugglosse: ⁊ multa similia. Debet autem precedere digestiuum humoris melancolici: vt borago: bugglossa: thimus: epithimus: scolopendria maior ⁊ minor cappares: thamariscꝰ: psidia: vinum odoriferum: lupulus cuscuta: ⁊ similia. Fiat hec purgatio in principio veris vel in fine estatis. Hec sufficiant de regimine totalis lapsus a vero temperamento iusticiali. Quid autẽ sit de regimine lapsus in singulis membris apparebit inferius.

Euacuantia melãcolia.

¶ Capitulum quintum de regulis sumptis ab habitudine.

De macie. Hali. ij. cõplexionũ et. iij. de accidẽti et morbo.

On eodem regimine indigẽt pingues naturaliter plus q̃ requirat humane cõplexionis tẽperamentũ ⁊ naturaliter macilenti. Sunt eñ quidam qui ex totali cõplexione ⁊ cõpositione sunt macilenti magis q̃ requirat habitudinis tpamentũ in humana specie quod tam ex siccitate cõplexionis q̃ ex caliditate membrorum tertie digestionis: ⁊ similiter aliorũ membrorum contingere conuenit. Potest preterea talis macies prouenire ex debilitate membrorum tertie digestionis: siue ex parte cõpositionis siue ex parte complexionis: ratione cuius debilitatis: vel membra non attrahunt alimentũ: vel alimentũ tractum nõ possunt digerere. ⁊ sic membra extenuantur. Quibusdã hominibus cõtingit qõ eorum mẽbra fortia sunt in attrahendo: ⁊ tamen nõ impugnãtur sed manent naturaliter macilenta quod est ex caloris fortitudine resoluẽtis: et ex virtutis cõuersiue membrorũ debilitate restaurationis membrorũ. Sunt eñ forte mẽbra inabilia vt a cibo restaurenẽ propter eorũ duriciem: ⁊ siccitatẽ vt in mẽbris melancolicis est videre. vel ꝓpter fortem cõsumptionẽ: vt in colericis in quibus calidũ est acutum ⁊ cõsumptiuum: vnde qõ deberet vel posset in mẽbra conuerti a forti calore ante conuersionẽ consumitur. Ex dictis haberi põt que sunt cause supflue pinguedinis. Nam q; oppositorum naturaliter oppositi sunt cause: humiditas membrorũ cũ caliditate obtusa: ⁊ conuersiue fortitudo ⁊ digestiue mẽbrorũ ⁊ abilitas restaurationis ex parte molliciei ⁊ raritatis sunt cause pinguedinis naturalis siue multe carnositatis. Differunt autẽ carnositas ⁊ pinguedo: eo q̃ pinguedo est a frigido ⁊ humido: nec arguit fortitudinẽ cõuersiue sed solũ digestiue prime ⁊ secunde. Carnositas autem arguit caliditatẽ ⁊ humiditatẽ et sanguinis multitudinẽ et digestiue membrorũ interiorum ⁊ exteriorum bonitatem ⁊ cõuersiue similiter ⁊ restaurationẽ earundem: vñ carnositas minus vituperabilis est q̃ pnguedo.

¶ De impinguando macrum.

Digitized by Google

Regimē.

Si ergo aliquis homo naturaliter sic extenuatus per carnis et pinguedinis priuationē: debet vti calefacientibus et humectantibus et cibis multi nutrimenti facilis digestionis ⁊ cōuersionis: et debet confortare membra tertie digestionis et ea preparare vt alimentum melius attrahant et digerant: retineant et conuertant: et debet vti his que siccitati resistunt et resolutioni cum magna causa extenuationis sit resolutio fortis. Conueniens est ei qui vult pinguedinem sui corporis seruare: abstinere a salsis: acutis: acetosis et pungitiuis: nisi forte vtatur his loco saporis vt melioraretur appetit⁹. Vnde triticum coctum oua sorbilia: et pultes sorbiles de farina frumenti: similiter triticum nutritum cum lacte. Lac: caseus recens amigdala fistici pinee auellane vue gallīne pulli columbarum pinguium assatarum vel pastillatarum: similiter bonum vinum: leticijs vti et gaudijs: parū vti minitione et purgatione: balneare post cibum completa prima digestione: parum famescere: multum comedere: parum bibere/ et specialiter vina fortia: parum irasci: sollicitari aut tristari aut coire: exercitium temperatum: fricatio temperata: et omnia dulcia et vnctuosa corp⁹ impinguant. Si quis cupit membrorum tertie digestionis virtutem attractiuam et digestiuam confortare: oportunum est ante introitum balnei membra primo moderate fricare: deinde fortius: postea pice amplastrari: deinde moderate exercitari: et vltimo absq; tarditate balneari: deinde siccis manibus fricari: postea inungi pauco oleo oliuarū camomillino vel anetino: deinde cibari cibo conuenienti. Et si eras cōsuetudo ⁊ cōplexio permittant fundat super membra sua frigidam aquā in estiu balnei. Finis autem fricationis que ante emplastrum premittitur est vt inflatio non incipiat consumi. Amplius bene scias q̄ verberare corpora cū virgulis quousq; rubeant eorum carnes calorem ipsorum confortat ad attrahendum et digerendum et ad perfectius conuertendum nutrimentum attractum. Et laudamus vt virgule inungantur oleo oliuarū. Hūc ponatur vnum antidotum bonum ad illos qui volunt impinguari. Sumantur amigdale excoriate et auellane: semen papaueris albi granū viride ex quo fit terebentina: et exoluantur omnia in butyro vaccino et zuccaro: de quo mane ⁊ sero pārum comedatur et superbibatur vinū bonum. Hec sufficiant de impinguando macrum.

Digestiue cōfor.

Gali. de regimine sanita.

Verberatio de virgis ꝑ dest.

Antidotum impinguatiuum.

De macrefaciendo pinguem.

Ter predictis satis haberi potest quale debet esse regimen pingium excessiue. Comedant nanq; cibaria pauci nutrimenti et magne quantitatis et citi descensus: ⁊ frequenter balneantur antēq; comedant et frequenter et festinum sit eis exercitium: et inungatur oleis resoluentibus: et vtantur trifera minori et electuario et de lacca interdum tyriaca. Dimittant carnes ⁊ vinum ⁊ lac et omnia dulcia. Plurimum vtantur oleribus salsis acutis acetosis: ⁊ larga ventris solutione vtantur vrinam et sudorem prouocēt: ⁊ labore multo et veloci vtantur antēq; comedant et famē tolerent. Emplius disponant se ad comedendum semel in die et diu vigilent ⁊ vinum bibant ve-

Digitized by Google

tus et ſubtile et ad vltimum vtantur regimine contrario ei quod dixim⁹ in hoc capitulo. De his autem que macreſcere faciunt ſunt diaciminum diatreon pipereon. Comedant autē predicta electuaria ieiuno ſtomacho fame inſtante: et poſt eorum acceptionem tādiu fameāt ꝙ eorum appetitus deprimatur et aliqualiter extinguatur. Et vt poſſit ad vnum diē famem pati et ſitim in balneo ereo ſudare et medicinas maciem facientes aſſumere: parum dormire ⁊ in lecto duro et multum coire et morari ſub ſole et in manſionibus calidis corpus pingue macreſcere faciunt. Medicamen corpus macreſcere faciens et deſiccans. Recipe trifere minoris drag. iij. pulueris yei apigre: turbith electiana drag. iij. miſceantur et ſumatur quadā die pro doſi eius medietas vel de tertio in tertium. Amplius euacuationes et vomitus non equales macreſcere faciunt ſed equales impinguant. Et illud quod plurimū extenuat eſt alteratio complexionis ad contrarium complexionis faciētis pinguedinem. Verbigratia: ſi eſt caliditas frigefactio: et ſi frigus calefactio. ¶ Et eſt notandū ꝙ maciem facientia ſunt diuretica ſeceſſiua ſudorem prouocantia reſoluentia et deſiccantia ⁊ vniuerſaliter impedientia motum alimenti ad membra ⁊ moram eiuſdem in membris extenuant corpus. Vnde olera et alia ſtupefaciētia et in frigidentia ſunt corpus extenuantia eo ꝙ attractiua mēbrorum debilitatur: quia attractio fit a calido. Ex dictis ſufficienter haberi poteſt quomodo membrum particulare extenuatum ſit impinguandum et pingue extenuandum. Impinguandum eſt ex parte attractionis nutrimenti conuenientis ad ipſum et retentionis eius ſupra ipſum ⁊ conuerſionis eius ad naturam ipſius. Et hec operationes complentur p fricationem et rubificationē cum medicinis rubificantibus: et cum fricatione que eſt fortior: et cū effuſione aqua calide ⁊ vltimo cū linitione piſcis ſicut ſuperius dictum eſt: vel cum appoſitione alicuius habentis virtutē piſcis cuiuſmodi ſunt vermes rubei vocati ſanguiſuge terreſtres. Interdum autem indigemus opere cyrurgico: et ſpecialiter in naſo: labio ⁊ aure ad inciſionem carnis indurate a calore impediente membrum augeri et impinguari. Si autem velimus aliquod membrū pinguius ꝙ oportet extenuare iuuat ad hoc ipſum facere quieſcere cum frigore ſuo et ligare vias cibi ad ipſum ⁊ ſtringere cum ligamento ⁊ attrahere cibum ad oppoſitum eius. Et de epithimatibus que prohibent teſticulum aut māmillam impinguari ſiue augmentari eſt vt ſumatur chimolea ⁊ ceruſa plūbi et miſceantur cum expreſſione iuſquiami albi ⁊ oleo myrtino adminiſtretur inunctio: et aſſiduetur epithimatio eius cum fricatione lapidis in quo fleubothomatores acuunt ſua ferramenta cum vnus ſuper alium fricatur cum aceto: vel cum ſucco iuſquiami albi. Amplius epithimatio fiat cum aqua aluminoſa aceto et farina fabarum et coriandro et ſimilibus tribus diebus continuis: deinde amplestretur mammiſta cum ſemine tilij tribus alijs diebus et fiat hoc in menſe tribus vicibus. Et hec ſufficiant.

De cirurgia.

Extenuatio.

Epithimatio.

¶ Capitulum ſextum de regulis ſumptis a diuerſitate membrorum.

Digitized by Google

Nota regio corporis humani i quattuor partes est diuisa quarū prima est regio virtutū animalium: puta cerebrū ⁊ membra adiacentia. Secunda est regio virtutis vitalis: vt puta cor ⁊ pulmo. Tertia est virtutis naturalis puta stomacus splen: epar ⁊ intestina. Quarta est virtut generatiue: puta testiculi ⁊ mēbrum virile in viris ⁊ matrix ⁊ collum matricis in mulieribus. Et quia hec mēbra sunt diuersarum cōplexionū: compositionū et operationum vtiq; indigent diuerso regimine. Et incipiemus primo a capite et dicemus de cōseruatione cutis capitis ⁊ capillorum in ea situatorum: deinde dicemus de cerebro ⁊ alijs mēbris sibi adiacentibus: deinde de nutritiuis ⁊ vltimo de generatiuis. Et vlterius nos addem⁹ regimen membrorum exteriorum totius corporis ⁊ cutis omniū musculorum siue totius corporis preterq̄ capitis de qua primitus faciemus mentionem.

Quattuor ptes principales corporis.

De conseruatione cutis capitis et capillorum.

Quod cutem capitis ab vlcere et scabie preseruat est si cum balneari volueris primum cū melle inunxeris: et idem facit sapo precipue in hyeme si eam predicto modo vnxeris. Nec aliquo modo lotio capitis est negligenda quin fit ad minus bis in mense vel in duobus mēsibus ter: deinde effunde aquā mediocriter calidam super caput: et pluries anteq̄ a vapore calido balnei calefiat. Et hoc est q̄ quidam sapiens cuidā regi precepit. Cū balneari volueris primo infunde septies aquā calidā super tuū caput ⁊ sic dolorē capitis nō timebis. Pectines qualibet die caput cum pectine eburneo: et sepe: quoniā poros aperit ⁊ vapores ad superiora enaporare facit. Et si capilli debiles fuerint ⁊ exiles lauentur cū lixiuio ex cineribus oliuarum facto ⁊ sit lixiuiū ex aqua decoctionis capillorum veneris: ⁊ edere arboree et terrestris. Amplius fricare radices capillorum cū oleo anetino masticino ⁊ oliuarum eos multiplicat et conseruat ⁊ caniciē retardat. Ampli⁹ puluis lazuli mirabilē habet proprietatē in cōseruando palpebrarū pilos. Amplius decoctio bletarum in vino cōseruat pilos barbe: ⁊ specialiter si lotio fiat post rasuram immo lotio ex vino simplici aliquid valet. Ampli⁹ frequens barbe ablutio cum aqua frigida eius caniciem retardat ⁊ prohibet depilationem. Et in hoc omnes antiqui concordati sunt: q̄ mirabolani kebuli conditi caniciem retardant ⁊ capillorum colorem ⁊ specialiter nigrum conseruant: ⁊ hoc plurimum expertum est.

Lotio capitis.

Balneū.

remedia ne p
quā palpebrarū
[illegible]

De cerebro.

Sanitas cerebri consernatur cum fumigationibus et odoramentis specierum aromaticarū: cuiusmodi sunt lignum aloes ⁊ ambra ⁊ herbe odorifere: puta maiorana: balsamita: balsamum: viola sarracenica ⁊ similia. Hec enim cerebrū cōfortant ⁊ reuma ꝓhibent ⁊ dolorē emigraneū curāt: ⁊ hec specialiter competunt in hyeme: sed in estate fiant suffumigationes ex odorifera rebus frigidis: puta ex rosis sandalis et similibus: et in via cibi competunt pulli et agni iuuenes decocti modica aqua. Conseruant enim

Digitized by Google

cerebri ſanitatem et augent ipſius virtutem. Et ſicut dicit ariſtoteles co
medere paruos pullos augmentat ⁊ cõfortat cerebrũ et eius ſenſus con
ſeruat: ſed comedere groſſos pullos ſiue gallos confortat cerebrum et
acuit viſum et precipue cerebrum gallorum veterũ ſiue turturum mira-
biliter acuit intellectũ. Preterea ſuffumigetur caput ſuper fumũ aque
Sternu- decoctionis camomille: ſticados et mentaſtri. Amplius ſternutationes
tatio. in ieiuno facte cerebrum purgant: et hebetudinem ſenſuum remouent.
que ex ſternutacõe Nam vt dicit magnus auen zoar ſternutationes deopilant cerebrum et
ingroſſant collum: mundificant faciem: confortant ſenſus canicie retar-
dant: et diſſoluunt fumoſitates incluſas in cerebro. Non eſt ergo ſternu
De cõ- tatio negligẽda. In hyeme ꝓuocetur a calidis: et in eſtate frigidis vel
ferentib⁹ ce tẽperatis. Poteſt etiã ſternutatio ꝓuocari aſpectu radioꝝ ſolis. De re-
rebro. bus maxime conferentibus cerebro ſunt: thus: achorus: ſpica: ſticados:
Indige- maiorana: mirabolani ⁊ ſpecialiter kebuli ⁊ ſimilia multa que in arcolis
ſtio radix medicinarũ facile eſt inuenire. Quod autem maxime nocet cerebro ẽ in-
oũ egri- digeſtio ⁊ digeſtiõis corruptio. Hec enim radix eſt omnium egritudinũ.
tudinum. Que autẽ plus intellectũ purificant: ſunt gaudium cordis: letricia ⁊ trã-
quillitas. Dicit enim quidã ſapiens q̃ gaudiũ ⁊ letricia deſeruiũt intellectui.

De oculis.

SAnitas oculorum conſeruatur ſi quis abſti-
neat a cena nocturna et ne ſtatim dormiat ſtomacho pleno. Cõ
ſequenter vti puluere cuius recepta ſequitur. Recipe ſeminis
feniculi partem vnam eufraſie minoris partem ſemis maiora-
ne: ſileris montani añ. partem vnam zucari albi partem vnam et ſemis
fiat puluis. Vſus iſtius puluueris omnibus modis viſum conſeruat ⁊ cõ-
fortat. Amplius ſuffumigare oculos ſupra fumũ aque calide decoctiõis
feniculi oculos mundificat a viſcoſitate groſſa. Et põt illa decoctio fieri
ex vino albo ⁊ aqua: ⁊ poteſt addi in illa decoctione eufraſia: ruta: ver-
bena: ⁊ calidonia: ⁊ hoc multũ ſepe per me expertũ eſt. Aſpectus viridiũ
viſum confortat: ⁊ inter albũ ⁊ nigrum coloratũ: ita q̃ ſit color ad mem
brum declinans: quanto eñ color magis a medio diſtat tanto magis de-
bilitat ſiue minus cõfortat viſum. Amplius ſi intueatur aqua frigida in
pelui coloris viridis: ⁊ in eadẽ oculi ſubmergantur continue paruo tem
poris interuallo organum oculoꝝ fortificat: ⁊ cõſeruat ipſis exiſtentib⁹
ſub latitudine ſanitatis. Non loquimur enim in hoc opere de regimine
egrorum ſed ſanoꝝ. Vſus turturum et auium paruarum viſum cõfortat
et ſimiliter feniculus quocũq̃ modo ſumatur. Vtamur ergo crudo ⁊ co
cto. Nihil adeo viſui nocet ſicut ſomnus cum ſtomachi repletiõe: ⁊ ſpe-
Sõn⁹ no- cialiter diurnus. Et idẽ intelligatur de coitu. Ampli⁹ oñia genera acru
cet. minũ: ſicut allea: cepe: ⁊ ſimilia viſum debilitant. Et ſimiliter naſturciũ:
lactuca: acetũ: caules: et omnia vaporoſa: et ſpecialiter ſero viſum debi-
litant ⁊ offuſcant. Et veri ſimiliter ſuſpecti de oculorũ ifirmitate ſeu de-
bilitate abſtineãt a ſalſis vaporoſis: acetoſis: acutis pungitiuis. Caueãt
etiã a frigore: puluere ⁊ fumo: ⁊ ſpecialiter carbonũ precipue marmoꝝ
et metalloꝝ ⁊ argenti viui. Et ſimiliter a vento. Et oportet vt minoret
aſpectus in litteris minutis niſi interdũ ad exercitiũ oculorũ. Amplius
fletus vomit⁹: balneũ nocent oculis. Napi ſiue rape mirabilẽ habẽt ꝓ-

Digitized by Google

prietatem in confortando visum. Amplius vsus mirabolanorum conditorum summe visum conseruat ⁊ fortificat. Super omnia procuretur lenitio ventris. Hec enim maxime visum confortat et conseruat. De lenitione ventris inferius apparebit in capitulo de farmacia siue ventris lenitione. Quod purissime visum conseruat et oculos corroborat ⁊ a grossa viscositate mundificat est linire palpebras oculorum in licio distemperato cum aqua feniculi. Cōfortātia visum

De auribus.

Dicunt quidam ꝙ acetū forte tepidum guttatim in ieiunio auribus instillatum plus ceteris medicaminibus auditui confert: qꝛ auditus instrumentū confortat et prohibet fluxum reumatis ne ad ipsum de cerebro descendat. Et si sit in ipso aceto succus memithe ⁊ demū auribus instilletur tunc erit in opatione sua: tunc enim optime mearum mundificat aurium a supfluitatib⁹ grossis ipsum opilantibus que interdū auditum grauant: ⁊ in aurib⁹ diuersas egritudines generant. Amplius oleum amigdalarū amararū et nucleorum persicorum auribus instillatū tepidum meatus aperit ⁊ cōfortat. Sum moopere cauendum est ab omni tumultu omniq; strepitu molendini vel aquarū ab alto cadentium: quoniā adeo auditum ledunt vt vix vox socij possit audiri. Et dicūt medici ꝙ illud quod pre ceteris auditū conseruat et preseruat est suffumigare aurē supra fumū aque calide: ⁊ si in ipa bulierit absinthiū vel pulegiū vtile erit. Cauendū est preterea ne quis balneatur in aqua lutosa ⁊ immūda ne aures ingrediēs immūdet et opilet. Auditū confortātia.

De odoratu.

Quod sanitatem odoratus conseruat est mūdificare nares studiose a grossa viscositate vt in ipsis nihil de ipsa maneat. Nam hec manens in naribus fetorem generat ⁊ olfatum corrūpit. Caueat quis ab omni fetore ⁊ maxime in angustis ⁊ profundis habitaculis opacum ⁊ corruptū aerē habentib⁹ in quibus sol intrare nō poteit vt ipos vapores corruptos consumere possit ⁊ aerem ab ipsis mūdificare. Nam ex corruptione aeris corrūpuntur spiritus animales. Et assuetus fetore adeo leditur ꝙ in fetoris absentia olfactus assueto fetore corruptus fetorem sentire nō cessat. Ideoq; odorē rerum redolentiū ex assuefactione mala nō pōt sentire. Nam necesse est ꝙ assuefaciat odorare redolentia: ⁊ specialiter per suffumigationē rerū redolētium ex aromaticarum: puta ligni aloes ambre et boni cinamomi et odor specialiter musti ad conseruandū spiritum animalem. Corruptio aeris multū nocet. Aromatica ꝓsunt.

De ore.

Os sanum cōseruabitur si ante comestionem et post cum aqua calida abluatur: hoc em̄ mūdificat ⁊ humiditates gingiuaꝝ a capite descendētes aufert ⁊ desiccat. Et dixerunt quidā sapientū ꝙ dentifriciū factū cum puluere garifiloꝝ nucis muscate ⁊ spicenardi qualibet die in ieiuno fetorem oris remouet. Si dissoluat aliquantulū masticis in oleo rosato: ⁊ inungatur pallatum confortat conseruat ipsum. Caput leporis combustum puluerilatum va- Dentifricium.

Digitized by Google

let contra cancrum gingiuarum et palati.

De lingua.

Lingue sanitas conseruatur cū ablutione sacra in ieiuno et cum mellis fricatione ⁊ zinziberis puluere. Hec enim linguam attenuant et eius grauitatem remouent. Amplius aues parue in assatura vel pastillatura vel friratura valent in grauedine lingue. Nuces lingue inimicantur vnde ab eis est abstinendum in sanitatis lingue conseruatione. Caules competunt in lingue grauedine comesti et masticati: vnde infantum accelerant locutionem et ambulationem. Confortant enim musculos ⁊ articulos. Amplius tenere in ore species aromaticas ⁊ specialiter in ieiuno: puta gariofolos: cubebas linguam a grauedine liberat et ad loquendum facilitatem dat ⁊ eius sanitatem conseruat. Hec sufficiant de regimine sanitatis totius capitis.

Nuces nō ꝓsunt.

De mery et canna pulmonis.

Consequēter dicamus de regimine sanitatis mery et canne pulmonis. Dicamus ergo ꝙ mery et canna pulmonis conseruantur cum potu brodū pinguium gallinarum et carnium semiannualis agni cum dulcibus rebus coctarū et specialiter cum liquiricia. Et si cum predictis carnibus cauliuz summitates decoquantur erit laudabilis potus. Potus vini dulcis valet ad idē. Oua mollia castratozū iuuenum multum competunt in conseruatione mery et canne pulmonis leniendo: confortando: mollificādo: et meatus pectoris elargando. Non comedat quis ossa paruarum auium: pullozum perdicum: piscium spinosozum et similium. Non comedat carues grossas q̄ vix digeri possunt. Abstineat a salsis acetosis et oleo aquatico. Nā hec omnia ledunt cannam et mery. Amplius oua mollia competunt in cōseruatione dictarum parcium. Amplius liquiricia comesta ⁊ eius decoctio gargarisata et potata valent ad idem. Qui patitur casum vuule seu elōgationem precauere debet a vomitu et specialiter in ieiuno. Amplius q̄ desiderat conseruationem dictozum membrozum caueat a potibus frigidis actuali frigiditate: et specialiter aque frigide. Ex hoc enim potu habentes talia membra debilia incurrere possent spasmum mery ⁊ per cōsequens mortem ex defectu alimenti attracti. Nam mery mortificatum a frigido potu nequit esse medium attrahendi siue transgluciendi. Hoc enim modo galie. vnum ex infirmis sinochum vel causonem patientē ex potu aque frigide morti tradidit: quia ipse non preuidit eius mery debilitatem et complexionis eius frigiditatem.

De vino.

Qua mollia.

Pot⁹ frigidus.

De pulmone.

De conseruantibus et confortantibus pulmonem sciendum ꝙ cicera in alba zuccarīa fracta mundata a cozticе exteriozi decocta cum lacte caprino vel cum butyro recenti pulmonem nutriunt et confortant. Ad idem valent penidie et amigdale specialiter amare a cozticе exteriozi mūdate. Amplius lac caprinum stomacho ieiuno ad idem valet. Et similiter canna mellis ⁊ passule enucleate stomacho ieiuno. Salsa acetosa pungitiua acuta cōtrariā

Zuccaria

Lac caprinum.

Digitized by Google

tur pulmoni. Mirra sub lingua retenta pulmonem confortat si illud qꝫ ex ea liquefit paulatine traiciatur. Amplius succus caulium clarificat cum melle transglutitus pulmonem cõfortat ⁊ ꝓservat: et vocem clarificat. Amplius pinee: amigdale: liquiricia multũ mundata iuuant pulmonem et eius cannales et pectus. Amplius vinum nouum dulce coctum: ⁊ per decoctionem a subiecta fece grossa depuratum plus ceteris prodest pulmoni ⁊ eius cannalibus: et superiori canne ante cibum sumptũ ⁊ post cibum. Pulmo vulpis mirabilẽ habet proprietatem in pulmonis hominis conseruatione et confortatione. Ad idem valent cancri fluuiales et ostree terrestres et limatie sunt optime scõm qꝫ declarani in quodã tractatu quem composui de emoptoica passione et ptisi: si quis videre voluerit videat: quia volo me breuiter expedire.

Cõfortãt pulmonẽ

Pulmo vulpis.

De corde.

Consequenter dicamus de cordis preseruatione et confortatione. Et est sciendũ qꝫ summopere fugienda sunt ad iram prouocãtia ⁊ angustiam: qꝫ sicut testatur sapiẽs quidã cor duos habet nocuos hostes. s. desperationem et tristiciam. Ex desperatione prouenit torpor ⁊ pigricia. Ex tristicia vero senectutis festinatio. hec ergo duo genera multum cordi nocent: sed tristicie nocumentum maius est: qꝫ naturalẽ calorẽ extinguit et spiritum profundat ⁊ cõpositionẽ cordis dissoluit ⁊ tandẽ interficit. Abdes ergo iram et tristiciã eas a corde suo expellat ⁊ letitie: gaudio: pacꝫ: exercitio delectabili ⁊ venationi cũ auib⁹ venator intendat. Nam hec gaudiũ leticiã ⁊ audaciã generãt ⁊ animũ ꝓfortant. Vti cibis subtilib⁹ puta carnib⁹ pullor: colũbarũ: gallinar: perdicũ: turturum: agnor: capreolor: et ceteris cibis subtilem sanguinẽ generantib⁹ cõuenit in cordis cõseruatione. Amplꝫ euitãdus est aer fetidus nebulosus impurus. Nõ em̃ põt spũs vitalis conseruari nisi cũ attractione boni aeris ⁊ boni odoris: ⁊ ex hoc etiã cor conseruat. Vinũ bonũ subtile odoriferũ ẽ de maxime cõfortatib⁹ cor. Nihil reperit qꝫ adeo cõfortet cor ⁊ spm̃ calorem naturalẽ euigilet sicut bonũ vinũ odoriferũ vetus moderate sumptũ in estate mediocriter lymphatũ vinũ em̃ sanguinẽ mũdificat: ⁊ ei⁹ tenebrositatẽ remouet ꝑcipue si cum sonis ⁊ melodijs sumat. Multum etiã iuuat sedere in locis amenis vt viridarijs ⁊ pratis. s. vbi sunt herbe odorẽ delectabilẽ pducẽtes. Et in orto vbi sunt cursus aquar ab alto cadentiũ ad ima suauiter ⁊ sine magno strepitu. Strepit⁹ em̃ ledit aiam ⁊ auditũ. Et dicit sapiẽtes qꝫ audire instrumẽta musicalia expellit ab aio strepitũ ⁊ a corde tristiciã ⁊ stuporẽ. Sz nota qꝫ dilect⁹ soci⁹ ⁊ amicus bon⁹ ⁊ solatiosus narrationib⁹ ⁊ instrumẽtor delectatiõib⁹ supplet melodiã. Et vt sit vnũ dicere virtus cordis cõseruat subtilib⁹ cibis ⁊ cõuenientib⁹: odore laudabili tranquillitate: gaudio. ⁊ dimissione eor qꝫ tristari faciunt: ⁊ renouatiõe rerũ delectabiliũ puta vestiũ ⁊ similiũ ⁊ habitatione cũ dilectis. Et nota qꝫ syrupus cõpositꝫ ex succo bugloss evtriusꝫ ⁊ seta cruda sũme ꝓfortat. Nã hec sumpta simpliciter cõposita ꝓfortant cor. Et est notandũ diligẽter qꝫ eor qꝫ ꝓfortãt cor: quedam sunt temperata vt iacinctus: aurũ: argentũ bugloss. Alia sunt calida sicut duronicũ: zedoar: muscꝫ: ambra ⁊ seta cruda: ⁊ ambobẽ: crocus. Et gariofoli sunt mirabiles ⁊ lignũ aloes crudũ: ⁊ melissa et semẽ eius ⁊ cardomomũ: cubebe: smaragd⁹ ⁊ enula ⁊ mirabolani. Alia sũt

Ira ⁊ tristicia multũ nocent cordi.

Cõfortãtia cordis.

Vinũ bonum.

Amicus bonus.

Digitized by Google

frigida puta margarita:carabe:camphora: corallus: sandali: et rosa et spondium ⁊ lutum sigillatū. Et ex eis est coriandrum siccum ⁊ humidū: sed vsum coriandri inhibeo nisi ante preparetur modo cōsueto: qz aliter habet naturam veneni. Amplius scias q̄ oua gallinarū mirabiliter confortāt cor: generant em̄ sanguinē cordi proportionabilē: vñ mirabiliter competunt in cordis seruatione ⁊ habentibus cor debile naturaliter.

De stomacho.

Ex sanitate stomachi toti⁹ corporis sanitas nos scitur dispensari. Nam stomachus se habet in animalibus sicut radix in arboribꝫ. Sicut em̄ a radice venit alimentū ad totam plantā: vnde si radix non nutriatur tota planta arescit: ⁊ si nutrimentū non sit planta nō diu durat: sic etiam si stomachus non nutriat et cibus in stomacho nō digeratur totū corp⁹ arescit: ⁊ similiter si digestio corrūpatur in stomacho mēbra cetera nō nutriūtur. Error em̄ notabilis factus in prima digestione nō corrigitur in secunda nec in tertia: et sic alimentū est ineptum ad hoc vt conuertatur in nutritum: ⁊ per consequens deficit vita. Et cum vita per alimentū cōsistat multum sollicitari debemus in custodienda stomachi sanitate. Ad custodiendam igitur stomachi sanitatē iubent quidem sapientum semel in mense vomitū prouocare cum aqua calida ⁊ aliquātō aceti. Hoc enim mundificat stomachū a superfluitatibus cibi et potus ⁊ humorib⁹ malis. Empli⁹ comedere vuas passas in ieiuno cuz granis suis stomachum confortat ⁊ rectificat ei⁹ malam complexionē. Absinthium. ⁊ spica nardi in potu eum cōfortant ⁊ sanum eū conseruant. Emplastrum ex mastice ex ligno aloes confortat stomachū ⁊ eius malam complexionē rectificat. Amplius potus absinthij soluit stomachi duriciem ⁊ expellit ab ipso grossos fumos: Et volēs cōseruare stomachum vtatur cibo facto ex auibus sicut perdicib⁹: turturibus iuuenibus in aqua coctis. Caueat ne comedendo aquā frigidam bibat nisi forte in fine comestionis si fuerit ea assuetus et aliter nō/ ⁊ parū bibat ex ea. Empli⁹ syrup⁹ rosatus aromatizatus cū ligno aloes stomacho prodest ⁊ sanitatē eius conseruat. Dicit aristoteles q̄ sumere in ieiuno drag. iij. electuarij de ligno aloes ⁊ reubarbaro confortat calorē stomachi ⁊ adiuuat digestionē: et eius orificium a fleumate mūdificat: curat appetitum ventositatem remouet. Et similiter aqua rosarum cū mastice ⁊ carnibus citoniorum rectificat stomachum. Amplius inunctio stomachi ex oleo de mastice digestionē eius ⁊ complexionē rectificat. Amplius multū approbo vsum coriandri conditi in cuius condimēto addat ligni aloes drag. i. gariofilox spice nardi sandali muscatelli an. drag. i. et sesiat pulus. Fiant ergo. iij. libre coriandri cōditi ⁊ addatur predictus pulus. Amplius euitētur genera fructū: scz poma: pira: mespila: auellane: grāna pini: ⁊ euitētur omnia lacticinia ⁊ medulle ⁊ cerebella ⁊ maxime quadrupedum. Et vniuersaliter omnia interioza magnox animaliū quadrupedū: vti tamen possunt cerebella gallox ⁊ gallinarum ⁊ ceterarum auium preterq̄ auiū degentiū in ripis aquax. Pelliculla interiox stomachi gallinax mirabilem proprietatē habet in stomachi hoīs conseruatione. Et scias q̄ oēs medicine ⁊ oña facientia abominationē stomacho inimicantur. Empli⁹

Emplastrum.

Aqua frigida.

Sirupus

Ista nocent stomacho.

Digitized by Google

retentio fecum ⁊ ventoſitatum eſt de his que debilitant ſtomachum. Et coitus immoderatus maxime debilitat ſtomachum. Suſpecti igitur de ſtomachi debilitate ⁊ paſſionibus eius contineant. Amplius vigilie imo derate ſumme debilitant ſtomachum ⁊ etiam dimiſſio exercitij. Et vomi tus laborioſus debilitat ſtomachum immo ipſius cõtinuatio mortẽ indu cit. Et hoc vidi p experientiam attamen vomitus non laborioſus eſt iu uatiuus et laudabilis ex parte purgationis. Amplius ex debilitantibus ſtomachum ſunt ceruiſia ⁊ vinum nouum non defecatum. Et ſimiliter po tus inter duas comeſtiones digeſtione ſtomachi adhuc nõ completa ſto machum debilitat. Amplius ſcias q̃ mentis curioſitas et ingenij ſollici tudo ſunt de his que maxime ſtomachum debilitant. Summe virãda eſt repletio nauſeatiua ⁊ multiplicatio ferculoꝝ et eorum interruptio et ſi militer eoꝝ diffoꝛmitas ⁊ menſe prolongatio ⁊ mala maſticatio ⁊ potus multiplicatio. Hec enim omnia digeſtionẽ coꝛrũpunt ⁊ ſtomachum debi litant. Hec ſufficiant de conſeruatione ſanitatis ſtomachi.

Ceruiſia nocet.

De epate.

Onſequẽter dicamus de ſanitatis epatis cõ ſeruatione. Dicamus ergo q̃ decoctio reubarbari: reupontici: abſcinthij: eupathorij roſe et lacce adminiſtrata in ieiuno cõfoꝛ tat epar debilitatũ. Et ſimiliter electuariũ de lacca roſis. Et ſi militer comeſtio carnium ſubtilium laudabilium pura perdicũ iuuenũ ⁊ ſimiliũ cum ciceribus decoctarum vel aſſatarũ non ad carbones ſed cum aqua calida hec enim melioꝛ eſt aſſatura. Mã illa que fit ad carbones nõ euadit ab aduſtione vel ſiccitate nimia niſi cuſtodiatur diligenter. Sed aſſatura q̃ ſup aquã fit calidã equaliter ⁊ vniformiter fit: ⁊ ab aduſtiõe ſecuraꝛ. Une paſſe ⁊ ficcus albe epar magnificãt. Mã quoniã epar i dul cibus delectatur ideo facilius ea apperit ⁊ auidius. Et huius ꝓbatio eſt cõſequẽter ſi anſer vꝫ gallina ficubus ſit ipinguata carnes eoꝝ pingues erunt ⁊ humide ⁊ delectabiles ⁊ eius eoꝝ delectabiliſſimũ. Ficcus vero ⁊ vue paſſe ſi comedẽtur i ieiuno epar deopilãt ⁊ ꝛfoꝛtãt ⁊ eiꝫ cõplexio nẽ recrificãt. Et ſimiliter pulli parui modica aque decocti in cibo ſumpti epar cõſeruãt ⁊ cõfoꝛtãt. Amplius notãdũ q̃ vſus maloꝝ granatoꝝ dul cium ⁊ vuarũ paſſaꝝ magnificat epar ⁊ intantũ eius malã complexionẽ rectificat q̃ comedẽtez ridere facit. Vinũ etiã ſubtile in ſubſtãtia mode rate ſumptũ epar calefacit ⁊ deopilat ⁊ cõfoꝛtat ⁊ cõſeruat: ⁊ eius ſani tas totũ coꝛpus in ſanitate conſeruat. Amplius ſcire debes q̃ itromitte re. cibũ ſuper cibũ ſcilicet indigeſtũ ⁊ erroꝛ ordinis eius eſt ex rebus ma gis nociuis nõ ſolum epati ſed etiã ſtomacho. Et ſimiliter potare ſubito aquã frigidã i ieiunio ⁊ poſt balneũ coitũ ⁊ exercitiũ quãdoq̃ pducit ad infrigidationẽ vehemẽtẽ epatis ⁊ ydropiſim. Et ſi aqua frigida quis in diguerit ꝓpter epatis inflãmationẽ nõ recipiat eã ſolã ſed cum aliquan tulo vini vt non infrigideturvehementer. Nec traijciatur impetuoſe trã ſgultiẽdo ſed paulatim fugẽdo. Amplius ſcias q̃ omnia viſcoſa epati no cent ex parte qua faciunt accidere opilationez. Et ex eoꝝ ſumma eſt fru mẽtũ nõ omne ſed glutinoſũ. Et ſuppoſito q̃ bene digeratur iepate cau ſabit in membris ſequentibꝫ opilationẽ. Et ſimiliter vinũ dulce opilat e par ⁊ deopilat pulmonẽ. Huius autẽ cauſa eſt quia vinũ dulce nõ grada

Cõfoꝛtãtia epar.

Vꝫ gra natoꝝ ri dere fa cit.

Nocẽtia epati.

Frumen tũ glun noſuꝫ opi lat.

Digitized by Google

tim venit ad epar: ex eo q epar multū diligit ipsum/ quia dulce ⁊ ꝑpter facilē eius penetrationē q: potus et quia calidum quare nō mozatur ea quātitate q̄ separet fex ab eo imo puenit ad epar cum grossitudine sua. Inuenit enim vias scilicet meseraicas paratas: sunt enim ample ⁊ vene in epatis substātia sunt valde stricte. Cū ergo ad epar puenit nō mozat quātitate qua digeratur immo expellitur subtile invenas strictas velocitate sue penetrationis ⁊ remanet sedimen ꝑpter viarū cōstrictionem. Sed in pulmone contrariū euenit. Mā ad pulmonē venit vinū dulce cum iam colatū est a via meatuū mery per viam resolutionis ex meatib⁹ strictis ad amplos. Aut ex via concaua cū iam dimisit fecē. Et vadit adhuc illuc cū sit colatū ⁊ transit ex meatibus strictis ad amplos quare colatur vice alia. Et bene scias q medicine in quibus est amaritudo qua fiat apriozest stipticitas quedā qua fiat confortatio: ⁊ odoz cōueniens substātie spiritus ꝓhibens a putrefactione: sunt inquantum huiusmodi medicine epati cōuenientes: ⁊ huiusmodi sunt cinamomū sticados: absinthiū: mirra: spica: crocus ⁊ similia. Scias q̄ auellane cōuenientes sunt epati omni: quoniā nō sunt vehementis caliditatis ⁊ sunt aperitiue ⁊ earū chym⁹ est bonus. Et epar lupi ⁊ carnes limatiarū cōuenientes sunt epati cū ꝑpzietate q̄ est in eis. Et similiter species endiuie et specialiter illa in qua est maioz amaritudo. Epati enim calido competūt ratione ꝓprietatis et deopilationis ⁊ amaritudinis alicuius stipticitatis. Si igitur epar sit calidum species endiuie administrentur cum melle vt earum frigiditas tēperetur. Et hec de epatis conseruatione.

De splene.

Splen ridere facit.

Consequenter de splene dicendum est. Nam splen est instrumentū ridendi. Habentes eñ splenem bene dispositū et fortē ad mundificandū sanguinē grossum ⁊ turbidum ex quo corpus nō potest bene nutriri naturaliter sunt leti ⁊ sine tristicia. Et per oppositum splene existente debili sanguis grossus ⁊ turbidus manet in venis ⁊ mouetur ad coz ⁊ ad cetera membza corpozis et ideo reddit hominē tristem ⁊ melencolicum. Bene ergo sollicitari debemus de sanitatis ipsius cōseruatione. Confortetur enim corpus splenis cum cibis bene nutrientibus et deopilantibus cuiusmodi sunt gallina cocta cum modico brodio: ⁊ carnes pulline et eduline cū modico aceto condite et lac nouiter mulsum cum modica zuccara ⁊ eligatur lac caprarū ⁊ camellinū. Hec enim splenis opilationē aperiunt et eius sanitatem custodiunt. Et vinum rubeū in cōmestione sumatur. Et generaliter omne q̄ impinguat prodest spleni: omne enim tale restringit splenē ⁊ ipsum temperate diminuit.

Splenis paruitas bona.

Paruitas splenis significat bonā cōplexionē corpozis et eius grossicies cōtrariū. Absinthiū etiā in potu cū melle sumptū prodest spleni eius cōplexionē rectificat. Et dicūt medici q̄ bibere aquā vel vinū que diu steterint in vase tamarisci confortat ⁊ cōseruat splenē. Caueat quis a grossis ⁊ stipticis fructib⁹. cuiusmodi sunt pira: mespila: sorba: cocrana ⁊ similia: quoniā ozificia splenis constringūt et articulos debilitāt. Caueat similiter a grossis carnibus puta bouinis caprinis ceruinis et porcellinis. Et ab omni legumine ⁊ ab omni q̄ fit de lacte: puta caseo ⁊ lacte acetoso. Hec enim omnia epar ⁊ splenem ledunt et coleram

Digitized by Google

nigrã generat. Et vtatur vino albo vel citrino quod splenem attenuat ⁊ opilationẽ aperit ⁊ eius grossiciẽ subtiliat. Et dicũt quidã empericoꝝ q̃ sanitatem splenis conseruat: vt quãdo ire velis sinistrum pedẽ ante dextrum mouea⁹ et hoc in ascendendo et descendendo seruetur. Hec sufficiant de splene. De vino.

De intestinis.

Dicamus quomodo intestina in sanitate conseruantur quod fit cũ a fecibus in eis cõtentis mũdantur ⁊ sic rudum ab humore viscoso qui in eis multiplicari cõsuevit: vel ex reginimis malicia vel ex debilitate mundantur. nã hic humor interdũ impedit exitũ fecũ naturalẽ. Mundantur ergo intestina a fecib⁹ et humore viscoso cum potu aque mellis in ieiuno ⁊ cum comestiõe ficuũ siccarũ pinguiũ in ieiuno ⁊ cum potu aque decoctionis earũ. Et ad idem valet brodium pingue agni annualis decocti cum bletis. Et ad idem valet brodum galli antiqui decocti cũ polipodio et aniso. Amplius scias q̃ vue passe non enucleate in ieiuno comeste pre ceteris intestina confortant. Amplius dicunt quidã q̃ risum decoctũ in recenti lacte comestum intestina confortat et nutrit. Volens autẽ sanitatẽ suoꝝ intestinorum cõseruare caueat ab omni cibo acetoso acuto grosso ⁊ viscoso. Abstineat a pane azimo ⁊ a carnibus animalium magnoꝝ domesticoꝝ ⁊ siluestrium: boũ: vaccaꝝ: lepoꝝ: ⁊ porcorũ domesticoꝝ: anserꝝ: anarum domesticoꝝ et siluestriũ ⁊ ab interioribus animaliũ. Et a piscibus paruis recentibus ⁊ salitis. Caueat ⁊ ab assatis ex piscibus ⁊ carnib⁹. Abstineat a caulibus: rapis: pomis: piris: mespilis: sorbis ⁊ similibus. Amplius abstineat ab omnibus generib⁹ olerũ preterq̃ a ruta: blera: feniculo: petrosilino ⁊ simũibus calidis sicut mẽta ⁊ eruca nã in aliis ab istis est inflatio. Amplius abstineat a generibus lactis ⁊ eoꝝ que sunt de lacte. Cucurbita cucumeres ⁊ citonia in inimicantur intestinis. Amplius nuces amigdale humide ⁊ fabe specialiter humide ⁊ vniuersaliter legumina specialiter humida nocẽt habẽtib⁹ intestina debilia. Amplius mora celsi multũ nocẽt intestinis ⁊ similiter granata acetosa suspecti ergo de egritudinib⁹ intestinorũ abstineãt a p̃dictis ⁊ sciãt q̃ ventositatũ retentio multũ debilitat intestina ⁊ quãdoq̃ producit ad idropisim ⁊ generat tenebrositatẽ visus et epilentiam ⁊ vertiginẽ exercitiũ post cibũ immediate ⁊ similiter potꝰ aque frigide ⁊ vinum plurimum post cibum immediate nocẽt vlceribus nocumento mirabili: ⁊ similiter coitus immoderatus specialiter super cibum multũ debilitat intestina. Dixerunt sapientes q̃ alleũ coctũ cũ carnibus pinguibus edi mitigat intestina ⁊ imperuosam eoꝝ remouet ventositatẽ ⁊ inflationẽ cõsumit. Comedere erũ allia cruda sicut faciũt gallici dolorem intestinorum curat et grossam repellit ventositatẽ et ideo alleum dicitur tyriaca rusticorum. Mundificatio. Alleũ mitigat dolores.

De renibus.

Quod pre ceteris conseruat renes et confortat q̃n debiles sunt in ppria opatione puta ad attrahẽdũ ppriã aquositatẽ vrinalẽ sanguis ⁊ spinachia cũ carnib⁹ arietis decocta ⁊ comesta. Ad idẽ valẽt vue passe bñ enucliate. Renes eñ nutriũt ⁊ feculentias vrine mũdificãt Semina melonũ post potũ cõesta cũ zuccara idẽ opant. Semina melonuꝫ puocant vrinam.

Digitized by Google

Et ſimiliter pulpa melonum cum ſuccara comeſta ad idem valet. Amplius farina ordei cum lacte preparata renes impinguat et eorum ſanitatem conſernat. Amplius ad idem valent pinee ⁊ amigdale cum penidijs comeſte. Omnes fructus frigide nocent et ſimiliter acetū ⁊ carnes groſſe ſicut capzine bouine ⁊ lac acetoſum. Et omnes herbe frigide multum nocent renibus: ſed rapa prodeſt aliquantulum. Et ſcias q̄ lacti omnino ineſt proprietas mirabilis in confortatione renū ⁊ comedere renes cum aliquibus alijs impinguat renes ⁊ confortat lac camelinum comeſtum renes confortat aggregat et conſolidat. Amplius vinum paſſulatum aliquantulum ponticum renes confortat. Et coitus immoderatus ⁊ balneum immoderatum et odire tranquillitatem et quietem et multum vti cibis diuretics et potibus renes debilitant ⁊ rarificant ⁊ calorē eorum innatum exalant

De veſica.

Scias q̄ electuaria calida puta dyagalanga dyatriumpiperō et ſimilia cōfortant veſicam. Porus aque frigide in ieiuno veſicam debilitat. Etiam ſepe comedere vix preſeruat veſicam ab egritudine. Amplius panis tritici preparatus cum butiro vel cū melle magnam habet proprietatem in conſeruando veſicā. Amplius dyag. ſemis de ligno aloes quolibet die in potu ſumpta valet contra frigiditatem veſice et eam confortat. Nichil adeo ledit veſicam ſicut longa vrine retentio vltra voluntatem mingendi. Amplius comedere carnes bouinas et herbas frigidas: et cibaria frigida ⁊ aquā frigidam bibere in ieiuno multas egritudines generat in veſica. Et ſup omnia vſus aceti ledit veſicam ſicut dicit galienus.

De ano.

Anus eſt membrum de facili leſionē ſuſcipiēs ⁊ cum ſuſceperit difficulter curatur quare indiget bono regimine cum cibis et alijs rebus conuenientibus. Sanitatem igitur ani cuſtodire cupiens non ſedeat diu ſuper terram vel ſuper frigidum actu. Amplius abſtinere debet a carnibus bouinis et vniuerſaliter a carnibus groſſis ſilueſtribus et generantibus coleram. Colera enī ſuo acumine ledit anum. Caueat ab omnibus generibus acruminū. Sedere enim aliquando aliquandiu ſupra lapidem calidum in ſtuppha anum confortat. Nam ſua propria caliditate actuali conſumit humiditatē ſuperfluam ani. Eſt enim anus velut totius corporis emunctorium: vnde ad ipſum fluunt multe humiditates. Amplius cibi ſtiptici non competunt habentibus anum debilem nec fructus frigidi. Vtantur carnibus arietis caſtrati iuuenis pinguis cum modico brodio. Euitent cepe ſuper omnia quoniam ozificia venarum aperit. Etiam ſedere in ſede facta de cozio leonis anum confortat. Et ſimiliter ſedere in ſede facta de cozio thauri et forte cerui et quorundam aliorum quorum eorum habent proprietatem in calefaciendo et confortando anum cum quis ſederit ſuper eis.

De emorroydibus.

Digitized by Google

Sed quia quidam solent pati emorroydas in processu eratis eorum quasi naturaliter sicut mulieres patiuntur fluxum menstruorum. Nos volumus hic ponere vnum parvum capitulum regiminis sanitatis eorum qui emorroidibus vexari solent ne forsan ex errore regiminis plus grauentur. Tales autem tempore quietis scilicet tempore quo non vexantur ab emorroydibus si forsan dubitarent nimium fluxum futurum euitare debent omnia accuta falsa et similia dulcia inflammabilia frixa assata & maxime si sint arida. Et vitent omnia inflammantia sanguinem pura iram: coitum: exercitium forte stupham et balneum. Hec enim sanguinem accuunt & inflammant. Ampli? talibus non cōpetunt vina acuta fortia nec species valde calide. Et vniuersaliter nihil aperitiuum venarum eis est conueniens. Et vt vniuersaliter vitare debent omnia ledentia anum & intestina. Amplius vitare debent omnia generātia sanguinē grossum & melancolicum quia talis sanguis est materia emorroydarum & huiusmodi sunt carnes grosse animalium siluestrium: vt pura carnes ceruorum: leporum: boum & similium et auium degentium in ripis aquarum. Et vinum eorum nō debet esse nimis grossum ne sanguinem melancolicū generet: nec nimis subtile ne aperiat orificia venarum: nec nimis forte et acutum ne sanguinē reddat nimis mobilem & subtilē sit ergo vinum mediocre & caloze & fortitudine & debilitate odoriferū et boni saporis. Amplius cauere debēt a medicinis laxatiuis & attractiuis habentibus maximam caliditatē & acuitatē vel nimiam subtilitatē que specialiter ab aloe scamonea in quibus virtus est fortis in appetiendo orificia venarum. Etiā cauere debent a clisteribꝰ et specialiter acutis et pungitiuis ne ex eis emorroydes prouocentur ante tempus debitum a natura. Tamen laudo q̄ procurent habere ventrē laxum cū aliquibus lenibus remollitiuis cuiusmodi sunt cassia fistula brodia pinguia et pureta boraginum et bletarum cum oleo oliuarum & brodium caulium. Ad idem valet comestio ficuum siccorum in principio mēse et etiam valent fructus humidi puta prima bene matura & vua & similia. Ventris constipatio consueuit ledere multum patientes emorroydas tempore fluxus eorum: et ergo bonum est ante illud tempus procurare ne feces in intestinis remaneant. Scias q̄ extremitates porcorum conueniunt patientibus emorroydas: et similiter extremitates vituli. Non enī permittunt emorroydas nimis fluere. Ad eandem intentionem potest valere risum et amidum & alia stiptica delectabilia: puta pira & coctana: nō quidem ante cibum: ne ventrem constipent: sed post: et maxime tempore quo fluunt si timeamus de eorum fluxu immoderato. Ad idem valet sirupus rosarum mixtus cum aqua ferrata & maxime in estate. Et etiam applicatio aliquorum stipticorum ab extra puta rosarum mirtillorum bulitorum in aqua ferrata et deinde expressorum: et in estate. Sed in hyeme frigatur saluia in multo oleo rosarū & applicet in faculo: & hec sufficiant.

Vitare debent.

De iuncturis.

Apponamus hic de regimine illorum qui dolores iuncturarum pati solent: nō quidē curatiuo sed magis preseruatiuo. Euitanda sunt que iuncturas debilitant et que mate-

Digitized by Google

riam doloris iuncturarū multiplicant ⁊ que materias ad iuncturas flue re faciunt et vtendum est his que iuncturas confortant ⁊ materias dimi nuunt et eas ad iuncturas fluere non permittunt. Suspecti igitur de iun cturarū dolore caueant a fumo argenti viui/et ętiam a fumo omniū me tallor ⁊ a fumo eor quibus alchimiste in eor subilimationib⁹ vti cōsue uerunt. Hoc em̄ neruos summe debilitat et iuncturas. Amplius caueant ab aceto q: neruos ledit: ⁊ idē facit accetositas citri: ⁊ vniuersaliter om nia acetosa. Amplius lac ⁊ omnia lacticinia nocent neruis et iuncturis: et etiā pisces recentes iuncturas mollificant. Et assiduatio comestionis pomor generat dolorē iuncturar ⁊ neruor: ⁊ idē potest itelligi de alijs fructibus acetosis frigidis. Amplius allia ⁊ oīa alia acrumina nocēt neruis ⁊ iuncturis. Amplius scias q̄ nauseatiua sacietas maxime vitan da est ab his q̄ suspecti sunt de doloribus iuncturarū. Etiam vitandum est exercitiū forte post cibū immediate: ⁊ coitus immoderatus post cibum. Et idē intelligatur de balneo. Nam hec sunt cause quare materia indi gesta fluit ad iuncturas ⁊ neruos. Similiter potus immoderat⁹ ⁊ maxi me vini post cibū ⁊ sine cibo est euitandus. Est enim causa indigestionis vel maxime corruptionis que est magna causa doloris iuncturarū. Etiā euitandus est somnus diurnus immediate post saturitatē. Est enim cau sa reumatis: vnde materiam reumatisantē ad iuncturas multiplicat. Ci baria autē talium hominū debent ad aliqualē grossiciē declinare ne hu mor generatus ex eis sit aptus fluere ad iuncturas ꝓpter subtiliratem.

Dieta. Debent ergo eor cibaria esse melancolica grossa non quidē in tantū q̄ causetur indigestio: sic enim lederētur ab eis. Et propter eandē rationē cibaria eor non debent esse nimis calida ne vias aperiāt et humores ex eis generati fluxibiles fiant. Nec nimis frigida ne causent indigestionē. Euitent carnes salsas ⁊ pisces salsos: ⁊ vniuersaliter oīa digestioī re pugnantia cuiusmodi sunt carnes bouine antique ⁊ dure valde ⁊ carnes porcine multū antique ⁊ carnes animaliū siluestriū magnorū antiquorū et specialiter salsor. Et propter eandē rationem euitare debent cibaria facta de pasca azima ⁊ panē azimum. Hec enim omnia digestioni repu gnant. Unde si cōtinuentur causant indigestionē et maxime si recipiātur in magna quantitate. Verū est tamen si carnes bouine pfecte digerātur satis est conueniēs eis. Quoniā sanguis generatus erit laudabilis qua litatis ⁊ grosse substantie. Carnes cōuenientes eis sunt carnes vitulini us anni et carnes cuniculor ⁊ leporum iuuenum. Pisces non multū cō ueniunt suspectis de dolore iuncturarū. Et si vti contingat piscibus vtā tur bonis piscibus: sicut sunt pisces marini laudabiles nō bestiales: non sine squamis: vnde garnari: rogeti sole plaicis sunt eis cōuenientes ⁊ si militer ostree marine ⁊ etiam mole. Et laudo q̄ decoquantur in vino et addatur in decoctione cynamomū frustratim incisum. Carnes volatiliū paruor non multū eis competunt ꝓpter earū subtilitatē. Et similiter leguminum genera suspectis de doloribus iuncturar non competūt. Ha bent enim duriciem ⁊ ingrossitatē ⁊ substātie grossiciē ⁊ digestionis dif

De euacuatione. ficultatem ex quibus concluditur visus leguminum iuncturas ledere. Et omnes suspecti de doloribus iuncturarum debent vti fleubothomia vel farmaria vel vtraq; in principio veris ⁊ ante tempus in quo iuncturarū dolores eius cōtingere solent. Sed quia hoc magis pertinet ad regimē

Digitized by Google

curatiuū trānseo. Sufficit ergo ad presens scire ꝙ fleubothomia vel farmatia vel vtraq; secundum ꝙ melius videbitur expedire in temporibus determinatis in regimine sanitatis talium hominum ⁊ secundū diuersitatem complexionum eorū scdm quam ab influentijs et etiam corporib⁹ celestibus quibus subiecti sunt est expediens ad eorum conseruationem et preseruationē. Quibus autem conuenit fleubothomia et quibus farmacia hic dicendum est. Si enim corpora sunt sanguinea tūc iuncturarū dolor ex sanguine contingere solet vel ex omnium humorum plenitudine et tunc non est dubium fleubothomiam competere. Et si vnus aliorū humorum a sanguine dominetur conuenit farmacia. Amplius nō obliuiscaris ꝙ vomitus est conueniens valde ad preseruandum a dolorib⁹ iuncturarum et specialiter inferiorum diuertendo materiam ⁊ eradicando. Amplius vitari debet ira ⁊ tristicia. hec enim digestionem corrūpunt. Et vniuersaliter omnia digestioni repugnantia puta voracitas comestionis prolongatio mense: diuersitas ciborum ⁊ vinoꝝ in eadem mensa decuriositas nimia circa agibilia et comedere cibaria digestioni repugnantia vel ratione qualitatis vel ordinis vel modi preparādi euitanda sunt ab his qui suspecti sunt de iuncturarum dolore. Et est notandum ꝙ assiduatio lotionis extremorum in aqua salsa naturaliter vel artificialiter ē de conseruantibus sanitatem iuncturarum corpore non existente plectorico. Potest etiam fieri lotio ex decoctione camomille sticados ⁊ rosaꝝ. Et si forsan iuncture sunt frigide addatur ebulis in dicta decoctiōe. Super omnia suspecti de dolore iuncturarum solicitari debent ne eorum vēter sit constipatus sed laxus quod si sic benequidem sinautem procuret cum clister resolutiuo communi et cum cassiafistula. Et caueant a frigore extremorum immoderato.

Vomit⁹.

Constipatio nocet

¶ De membris generationis.

Dicamus consequenter de illis que confortāt membra generationis. Et quia generationis membra ordinata sunt a natura ad actum generationis qui consistit in spermatis generatione et fermentatione ⁊ eiusdem per actus coitus conuenienti emissione et in prolis finali generatione: illa que ad hec iuuant membra generationis confortant. Et quia defectus coeundi et generandi interdum prouenit a principalibus membris non intendimus in isto capitulo loqui de isto: quia de confortatione membrorum principalium superius dictum est. ¶ Notandum ꝙ actus coitus vsitatus modo et hora conuenientibus est de his qui maxime confortant membra generationis. Sic enim mulierum mamille melius lactant et lac generant ex vsu lactationes: modo qualitate: quantitate et hora conuenientibus et ex deassuefactione lactationis totaliter perit actus lactionis et generationis conuenientis lactis et interdum lacte corrupto malā acquirente qualitatem mamilla destruitur: sic suo modo intelligo de membris generationis que ordinantur ad actum coeundi. Perit enim actus si actus nō assuescatur. Et interdum ex spermatis detenti corruptione non solum seminaria vasa sed etiam totum corpus corrumpitur. Sperma enim corruptum in toto corpore se habet ad modum veneni. Unde sicut parum

Digitized by Google

veneni ſufficit corrumpere totū corpus ita et ſpermatis corrupti aliquātulum ſufficit corrumpere totum corpus. Vſus ergo moderatus coitus eſt vnum ex his que confortant membra generationis. Habet etiā coit⁹ moderatus ꝙplurima alia iuuamenta et immoderatus ꝙplurima nocumenta que inferius apparebunt vbi de coitu ſpecialem faciemus mentionem. Sufficit enim ad preſens ſcire ꝙ coitus moderatus et debite aſſuefactus membra generationis corroborat et confortat ⁊ immoderatus debilitat et etiam totalis dimiſſio. Ille ergo qui ſanitatem membrorum generationis deſiderat fugiat illa que coitum debilitant ⁊ impediūt: ⁊ vtatur his que coitum confortant. Debilitātia autem coitum et virtutē eius ſunt res meditatiue: ſicut horribilitas coeundi. Tanta enim videtur eſſe horribilitas in actu coeūdi ꝙ niſi eſſet delectatio admixta: ne dum homines ſed etiam alia animalia fugerent actum coeundi. Vnde quidam homines eleuati ſpiritu contemplationis hunc actum totaliter abhorrent: et ideo debiles ſunt in actu ⁊ membra generationis debilitant. Et non ſolum horribilitas ſed etiam verecundia ⁊ anteceſſio intellectus ad cor facit deficere ab actu coeundi ex quo membra generationis debilitantur. Amplius ſcias ꝙ balnei multiplicatio eſt ex his que debilitant membra generationis in actu coeundi: et etiam frequentatio fleubothomie ⁊ precipue arteriatum et venarum que ſunt retro aures. Ab his ergo cauere debet qui ſanitatem membrorum generationis deſiderat. Abſtineat etiā a quibuſdam quorum vſus nocet actui coitus. Quedam enim nocēt deſiccando: et quedam nocent infrigidando et ſtupefaciendo: et quedā vtroq⁹ modo. Vnde agnus caſtus vaporatus et bibitus nocet. Et etiam herba baſiliconis. Camphora abſcindit coitum infrigidando ⁊ exſiccando: ⁊ ſimiliter ſemen caulium. Vnde tale ſemen ſumptum poſt cibum corrūpit ſperma. Et ſimiliter vſus coriandri debilitat coitum infrigidando et deſiccando. Acetum etiam et omne aceroſum abſcindit coitum infrigidando. Qui ergo deſiderat ſanitatem membrorum generationis debet vti multiplicantibus ſperma ⁊ calorem innatum et ſpiritum ventoſum. Hec enim ſunt neceſſaria in coitu, ſcilicet materia exuberans: calor incitans ⁊ ventoſitas erigens. Quedam iuuant ad actū coitus multiplicando ſperma: et alia confortando calorem: et alia ventoſitatem generādo. Et quedam ſunt que ab omnibus his modis coitum iuuant ⁊ membra generationis confortant et conſeruant. Et de numero horum ſunt medicine quedam et quidā cibi. Dicamus ergo de cibis. Meliores enim cibi ſunt carnes edi pinguis maſculi et carnes ouine et cicer ⁊ cepe abſq⁹ frictiōe carnis: frixio nanq⁹ prohibet confortationem carnis et multitudinem nutrimenti eius: quia frixio deſiccat. Ad idem valent galline ⁊ pulli columbini impinguati ⁊ propzie allaude et oua ſorbilia propzie puleriſata cum cynamomo et pipere et galanga et ſale ſcinci: et oua piſcium: ⁊ caro piſcium calida. Et ſi fuerit illic frigus reſiſte cum zinzibere ⁊ pipere ⁊ macropipere et cynamomo et ſimilibus. Et cibus de rapis ⁊ napis: ⁊ cibus de caulibus: et cibus de baucijs: et propzie de baucis: poſtq⁹ bene decocta eſt caro earum valent ad idem. Et de illis quibus fit iuuamentū ſunt cerebella paruarum auium et butyrum ⁊ lac. Et ſimiliter cibus qui fit de tritico cocto cum multa aqua vſq⁹quo fiat ſicut puls ⁊ rizi cum lacte ⁊ caro lacte ouino. Et conferunt in ſecundis menſis ſperagi eruca ⁊ capita ⁊

Impedientia coitum,

Digitized by Google

pozri cardozum et menta proprie ipsa enim confortat membra: spermatis valde et eius vsus fortitudinem facit super sperma quare forte fit desiderium. Et sciendum q ille qui assiduat comestionem passerum ⁊ bibit super eã lac loco aque sine cessatione est: erectus ⁊ multi spermatis. Amplius cepa frigatur cũ butyro donec rubea fiat ⁊ dissolvatur in decoctione et frangantur sup eam ouа: et erit cibus conueniens in conseruatione membrozum generationis. Sunt autem quidam quozum complexiones sunt calide: desiderantes tamen conseruationẽ ⁊ confortationẽ membrozum generationis. Et his competunt lac acetosum et lac dulce: et pisces assati calidi ⁊ melones ⁊ citruli cucumeres ⁊ cucurbite ⁊ fructus ⁊ olera humida omnia ita q lactuca et semen portulace addunt eis in spermate ꝓpter quis cõmuniter noceant. Et albumen oui est plurimi iuuamẽti multiplicans sperma. Et cerebella animalium et medulle eorum ⁊ cancri fluuiales conferunt eis. Auicẽna quarto. Nascentibus enim omnibus vite discrimen interitusq; imminet. Infantia vero que in septimum vsq; annum protenditur tota in alendo versatur id quod p septem ceruos illos quos rabby venatus fingitus non obscure licet intelligi. Post infantiam puericia sequitur que fabularum auditione admodum delectari consuevit. Hinc illi captiuitas vastatioq; ab episcopatibus narratur. Amplius granum pini bene confortat. Et etiam carnis anatum sperma multiplicat.

Comestio passerum.

De conseruatione cutis ⁊ similium.

Consequenter dicamus de conseruatione cutis ⁊ musculoz ⁊ membrozum exteriozum totius corpozis. Hec enim conseruant balneationibus in aqua calida suaui aut in balneo aereo mediocri cum mundificatione conuenienti. Corpozis autem mũdificatio fit cum suaui cutis fricatione et leui inunctione cũ oleo oliuaruz antiquo odoris suauis in tempore hyemis vel cum oleo rosaz ⁊ violarũ in tempore estatis. Etiam sciendũ est q inunctio facta in balneo cũ melle despumato mirabiliter mundificat a sordicie et extrahit quod est sub cute de superfluis humozibus ⁊ p pozos exire facit. Hoc idem facit farina fabarum et cicerum cum fricatione panni asperi. Hec enim calozem vivificant et cutem attenuant. Amplius scias q multus motus iuncturarũ cõfortat corpora fleumatica. Extremitates autẽ lauentur cum aqua calida in hyeme: et cũ frigida in estate. Et dixerunt sapientes q fricare vngues manuum et pedum cũ aqua ⁊ acero cõseruant eos a cõfractione denigratione et etiam ne abscondantur: inunctio cum sale et oleo mixtis eos confortat et specialiter plus prodest eis aqua calida ꝓ frigida. Calciamentum strictum ledit digitos pedum: est enim causa suppositionis digitorũ pedum vnius supra alium: ⁊ distortionis eorum. Item ire per lutum temporibus frigidis et nudis pedibus pre ceteris ledit cerebrum et infrigidat ⁊ debilitat oculos et est causa distillationis vrine. Et scias q ludus palme ambabus manibus simul in alto proiciendo brachiis multum cõfert quoniã eorum conseruat sanitatẽ. Amplius scias q fricatio pedum quando fit ieiuno stomacho eoz grauedinem et itinerãdi lassitudinẽ ⁊ duriciẽ remouet. Et similiter fomẽtatio pedũ et crurũ in aqua confractionem: siue concussionem et tremozem ex lassitudine et longa itineratione remouet omnino.

Mundificatio corpozis.

Calceamẽta stricta.

Digitized by Google

¶ Capitulum. vii. de regulis regiminis sanitatis appropriatis sexui femineo.

Consequenter dicamus de regimine sanitatis mulieribus appropriato. Sunt enim quattuor appropriata mulierib⁹: puta impregnatio: parturitio: lactatio: et per consequens mamillarum conseruatio ⁊ menstruorum euacuatio: de quibus breuiter dicam⁹: et primo de impregnatione. Sunt enim quedā mulieres simpliciter steriles ⁊ maleficiate q̄bus hoc capitulum non deseruit. Et alie que nō sunt steriles sed nō de facili impregnantur et tamē sunt sublatitudine sanitatis. Primo ergo nos ponemus regimen talium mulierū anteq̄ impregnentur ad hunc finē ꝙ facilius impregnentur. Scd̄o earūdem ponemus regimē postq̄ sunt impregnate vt fetus possit ad debitum finē venire. Tertio eorūdem ponemus regimen cum actu parturierint ⁊ parturierunt. Quarto ponem⁹ regimē lactātiū. Quinto ad hoc ponemus regulas quibus scietur matricis cōseruatio et de menstruoꝝ debita euacuatione ⁊ alijs. Quantum ad primū notandū ꝙ quedā mulieres nō sunt bene fecunde de peraccidēs ratione alicuius maleficij a quo bonū est precauere quātū est possibile. Et interdū ꝓpter maliciā figure aut cōpositionis matricis ⁊ colli eius. Et etiā propter malum motū commixtionis viri cum muliere. Et etiā propter vsum quarūdam rerū conceptionē impedientiū. Primo ergo nos ponem⁹ aliqua ex quib⁹ maleficia potuerint precaueri ⁊ euitari. Si em̄ serapinum in camera posueris siue hypericon omnia demonia fugabunt. Unde hypericon dicitur a multis fuga demonis. Item lapis magnetis portatus ad idez valet ⁊ concordiam facit inter virum ⁊ mulierem. Ad idem valet adamas quē quidam false dicunt esse magnetem. Amplius cor turturis portatum fugat demonia ⁊ portantem reddit hominibus gratiosum. Item pitus auis comesta incantatione ligatos soluit et prosperitatem tribuit. Tyriaca exhibita cum decoctione hypericon maleficium tollit. Et hypericon emplastratū renibus maleficium tollit. Amplius corallus si teneatur in domo soluit maleficia. Amplius squilla integra suspensa in limine hostij maleficiū tollit. Et idem est de arthemesia. Ad idem etiam valent radix peonie portata. Item si vir portet secum cor coturnicis masculi ⁊ vxor cor femelle semꝑ conuenient. Item si quis portauerit semꝑ secum yringum insidias demonum nō patietur. Si autē mulier nō sit bene fecūda ꝓpter maliciā cōplexionis naturalis vel accidentalis cū materia vel sine materia vtatur contrarijs in complexione ⁊ purgantibus materiam peccantē. Sed quia difficultas impregnationis vt plurimum fit ex mala cōplexione frigida ⁊ humida cū materia vel sine materia ideo ad hāc inclinandū est: et de ea tractandū. Ista em̄ indiget calefaciētib⁹ ⁊ desiccantibus matricem ⁊ euacuātibus humiditatē eius supfluam. Unde ierapigra est eis conueniens farmacum. Et ex eis que exhibentur sunt calide confectiones puta tyriaca ⁊ metridatum ⁊ theodoricon et dyacalamentum cum decoctione arthemesie vel abrotani vel calendula. Urina elephantis potata est mirabilis in impregnatiōe: et similiter limatura ebo-

Fuga demonum.

ris et fiseleos. Simplicia quibus ego consueui vti in hoc casu et in quib⁹ inueni iunamentū sunt hec: matricaria: arthemesia: abzoranum: calendula millefolium: camedros: camepitheos: squilla: rubea tinctorum: spica: blactebizantie: ameos ⁊ costus. Ex his igitur potest fieri syrupus ⁊ vinū tempore vindemiarum et balneum. Et quia hoc habet locum in regimine curatiuo de huiusmodi transeo. Amplius debes scire ꝙ coagulum leporis suppositum post menstruorum mundificationē iuuat ad impregnationem. Medicine autem simplices pessariorum sunt hec: oleum de balsamo: oleum de ben: oleum de lilio: costus niger ⁊ adeps anseris blactebizantie: muscus ⁊ spica: cyperus: anetum: ameos: ysopus: bdellium: nux cipressi et gariofili et cozdumeni. Et vt sit ad vnum dicere calida stiptica sunt materia pessariorum mulierum habentium matricem frigidā et humidam. Amplius debes scire ꝙ flebotomia saphenarum iuuat multū ad impregnandum. Primo quidem quia matricem mundificat. Secūdo quia facit matricem ad inferius descendere: ex quo semen viri perfecti ad eam descendit et attingit. Verum est tamen ꝙ flebotomia est conueniens magis in causa calida ꝙ frigida: immo in causa frigida forte nō competit nisi propter causas predictas. Amplius exercitiū ⁊ stupha sicca et cibi subtiles ⁊ clisteria calida et exsiccatiua competunt mulieribus habentibus matricem humidam et pinguem. Similiter vinum forte et rubeum et tyriaca talibus conueniūt. Et inunctio matricis ex oleo de lilio est eis conueniēs: et similiter ex melle albo. Interdum etiam mulieribus non bene fecundis competunt dissoluentia ventositatem impedientem conceptionem. Que autem sunt illa satis est manifestum: puta diacyminum: anisum: ameos: feniculus: semen rute: agnus castus: castoreum et similia et in potionibus et in pessariis et vnguentis. Amplius scias ꝙ testiculi ferris mirabilem habent proprietatem in faciendo mulierem fecundam. Et similiter matrix leporis et coagulū eius. Et his igitur cū limatura eboris ⁊ fiseleos fiat puluis quo mulier vratur mane ⁊ sero cum brodio cicerū. Vel cū decoctiōe arthemesie. Nota ꝙ prima materia retepta in matrice hz naturā lactis sex primis diebus: ad hūc calorē lactis opat calor naturalis in spmate leporis remissus calor matricis ita ꝙ ista materia dealbat sicut lac. Interdū autē ⁊ raro frigida cōpetunt vt mulier efficiatur fecunda in electuariis syrupis ⁊ balneis: ⁊ qz illa satis nota sunt etiā ingrediunt regimē curatiuū trāseo. Regimen autē mulieris nō bene fecūde ꝓpter malicia figure seu cōpositionis matricis ⁊ colli ipsius nō vniuersaliter haberi pōt. Solum enim malicia situs recipit curā: puta quādo est matrix nimis alta: nam per flebotomiā saphenaz et p ventosas cruriū descēdit ⁊ conceptio fit facilior. Debēt autē vir ⁊ mulier cōmiscere adinuicē hora modo ⁊ figura cōuenientibus ad hoc vt sequatur fecūdatio. Hora autē naturalis et conueniens est postꝙ facta est administratio illoz que menstrua mundificant: ⁊ est pfecte mulier mūda ab eis. Et quādo mulier nō est famelica nec crapulata nec ebria: et qñ nō est calefacta nec infrigidata in excessu: ⁊ prima digestio est completa et tempus aduenerit suscipiēdi alium cibū. Et eligatur hora qua mulier coitum appetit non ꝓpter aspectum vel confricationem sed naturaliter. Debēt autem vir ⁊ mulier tanto tempore prolongare coitum ꝙ sperma sit digestū. Nec debēt tantū differre ꝙ ambo spermata corrumpantur.

Matrix lepozum.

Hora im pregnationis.

Digitized by Google

Si enim accidat illud vtantur coitu secundum modum qui non est ad impregnandū. Deinde dimittant ipm tandiu q sciatur q sperma bonū iam aggregatum sit. Amplius prolonget vir ludum cū muliere cuius cōplexio est bona cum māmillarum tactu suaui et verbis amicabilibus ꝛ tactu pectinis eius ꝛ obuiet ei non permiscendo se ei permixtione vera. Cūq; mulier desiderat ꝛ affectat permisceatur ei fricando de ea quod est inter anum eius desup ꝛ vuluam. Ille enim est locus delectationis eius. Consideret ergo horā in qua sit ipsius mulieris fortis adherentia ꝛ eius oculi incipiunt mutari in rubedinē: et eius anhelitus eleuari: ꝛ verba ei⁹ balbutire: ꝛ tunc mittat illuc sperma oppositum ori matricis dilatando locū eius illic parumper scz tanta dilatatione ne ingrediatur aer exterior/ et non est bonū vt vir expleat suum desiderium ante mulierem immo simul parum vel mulier ante. Et in seminū emissione vir adhereat mulieri fortissime scōm figuram q mulieris crura sint eleuata parumper. Nec vir statim descendat sed adhereat donec videat anhelitum mulieris qui erat tum ꝛ q nodi oris matricis quiescunt muliere iacente parū eleuatis coxis et euerso dorso. Et tunc descendat ꝛ mulier remaneat horula vna supina constrictis pedibus ꝛ retēto anhelitu. Et si dormierit post illud erit melius ad conceptionē et si contingat ipsam conuerti sit ad dextrum latus. Amplius scias q suffumigatio cū aromatibus calidis stipticis ē de his que preparant matricē ad concipiendū. Et non debent talia aromatica calida boni odoris ante conceptionē odorari desuper per nares: quia impedirēt impregnationē cum essent causa motus matricis ad superiora: sed post impregnationē competit odor eorum desup per nares et non per inferius: q; ex hoc impeditur aborsus. Nam matrix ꝛ fetus mouentē ad partem superiorē aromaticis applicaticis naribus. Amplius dico q mulier desiderans impregnari ꝛ esse fecunda cauere debet a sterilizantibus ꝛ conceptionē impedientibus. Mulier enim volens cōcipere nō comedat os de corde cerui nec secum portet matricem caprinam nec lapidē vocatum gagates: impediunt enim conceptionem. Item caueat a comestione granorum edere nigre. Amplius non portet secum os de corde cerui: nec smaragdū: nec zaphirum. Hec enim impediunt actum coeundi. Amplius nō portet secum radicem pimpenelle nec bibat coagulum lepozis post partum nec teneat scolopendriam suspensam supra lectum. Item apis comesta reddit mulierem sterilem sed partum facilitat. Amplius nō portet secum auriculam mule vel cozium nec comedat limaturam ferri: nec succum mente nec matricem mule: reddunt enim mulierem sterilem. Et vniuersaliter vitanda sunt omnia actum coitus impedientia que superius dicta sunt a muliere volente concipere. Nos autem hic volum⁹ addere quedam que multum valent ad cōcipiendum. Rolium enim ꝛ thus suffumigata disponunt mulierem ad concipiendum: et similiter nepita. Item theodozicon anacardinum perspessarium ummissum cū modico sca monnee sine dubio concipere facit si post immediate mulier coierit cum viro potenti. Amplius ad idem valet melissa suffumigata ꝛ vulua lenoria assata et comesta. Et spuma quam habet lepus circa os quādo rodit herbam si bibatur a viro vel muliere. Quidam dicunt q suppositozium vel pessariū vel sacculus de nigella matricem mundificat ꝛ ad concipiendum disponit sed teneatur parum: quia nigella est aliquantulum violēta.

Suffumigatio.

Rolium.

Digitized by Google

Amplius aqua cicute exhibita mulieri in fecide mane: eadē die ad vsum concipiendi eam conuertit. Item fiat vnguentum ex cerebro gruis ⁊ anxungia anseris vel leonis et ex eo inungatur virga virilis cum vir debet coire cum muliere et concipiet. Item lapis qui inuenitur in cerebro aquile portatus ad idem valet et similiter lapis inuentus in vulua cerue. Itē post menstrua lauet mulier pudenda cum vino puro rubeo et post suffumigetur cum vino decoctionis nepite ⁊ supponat sibi basiliconem ⁊ mentam maiorem et concipiet si deus voluerit. Item fomentatio ex decoctione rosis marini multum disponit ad conceptionem. Item alleum humidum tritum decoctum cum oleo rosarum quousq; eius aquositas consumatur: suppositum est mirabile ad impregnandum. Amplius fenugrecū tritum cum adipe anseris suppositum multum iuuat. Amplius muscus cum oleo rosarum dissolutus suppositus multum confortat matricē ad concipiendum. Item inungantur vtriusq; sexus membra cum succo satirionis et superaspergatur pulvis vulue leporis: facit enim vt sterilis cōcipiat. Et sic patet regimen mulieris ante impregnationem.

De regimine pregnantis.

NUnc restat ponere regimen mulieris pregnātis. Sunt enim quedam appropriata mulieri pregnanti que hic breuiter sunt apponenda. Debet enim mulier pregnans omnia euitare que abortum possunt inducere et specialiter in principio impregnationis: tunc enim fetus in matrice est sicut flos in arbore qui ex leui causa cadit ab arbore. Et similiter in fine impregnatiōis ante tēpus partus puta in septimo vel octauo mense. Tunc enim fetus est in matrice sicut fructus quasi maturus in arbore qui ab arbore ex leui motu descendit et sic fetus tempore illo ex causa leui efficitur abortiuus. Oportet igitur ꝙ mulier pregnans euitet motum superfluum: saltum: percussionem: casum: ⁊ coitum proprie: et repletionem cibi: et iram: et tristiciam: et timorem proprie. Amplius euitare debet balneum: nisi apud propinquitatem partus. Et etiam omnia inducentia tussim: nam tussis fortis ē causa abortus. Et similiter intelligatur de sternutatione inmoderata. Bonum est igitur vt soliciterur ne eius caput fiat reumaticum. Amplius euitare medicinas laxatiuas et per partes inferiores et superiores. Et ⁊ si necessitas cogat ad earum vsum fiat hoc cum cautela et sint medicine leues ⁊ benedicte. Amplius procuret habere vētris lenitionem cum cibis lenientibus cuiusmodi sunt brodia pinguia: et pureta de boraginibus et bietis cum foliis violarum: et ouo sorbilia et cassiafistula cum aliquantulo spice ⁊ aqua quorūdam fructuū laxatiuoꝝ. Nam lenitio ventris est pregnantibus multum vtilis. Amplius euitare debet balneum. Balneū enim facit aboztire dupliciter. Primo quidem lubricando. Secundo faciendo fetum moueri ad aerem frigidū. Amplius euitare debet fleubothomiam et specialiter de saphenis nisi in casu magne necessitatis ⁊ hoc ingreditur curam egritudinis. Et scias ꝙ quanto fetus maior est tanto fleubothomia est deterior. Amplius euitare debet diuretica mēstrua ꝓuocantia et partum facilitantia. Amplius euitare debet: sitim famem: repletionem nauseatiuam: frigus superfluum et calorem immoderatū ⁊ ventum australem: et similiter borealem post australem. Amplius bonū est

Vitare debent.

Digitized by Google

q̄ pregnans vtatur quibusdam electuarijs confortātibus embrionē quo
rum vnum est diamargariton. Amplius oportet q̄ vehemens studiū sit
Ista con- in stomachis ipsarum pregnantium quare oportet vt cōfortentur stoma
fortant. chi earum cum confectionibus ex zuccaro rosarum cum xiloaloe et ma
stice: et electuarijs factis cum zuccaro plurime et specieb⁹ aromaticis in
quibus non est multa caliditas: et emplastris stipticis calefacientibus ⁊
aromaticis. Amplī⁹ debet pregnās euitare vehementer pinguia ⁊ vehe
menter dulcia et potum aque: et sit cōtenta potu vini odoriferi: puri: sub
tilis: pauci. Interdum autem oportet mundificare stomachum pregnan
tis cum appetit⁹ eius est valde corruptus. Ex quo ad hoc decoctio anisi
et polipodij clarificata cum zuccaro rosarum est conueniens mundifica
tium. Nam humorem euacuat et appetitum rectificat et excitat. Absti
neat pregnās a caseo sicco et acuto: et si forsan appetat assetur humidus
super carbones. Amplius exercitium temperatum est ei conueniens. Ci
baria eius debent esse facilis digestionis: boni nutrimenti et multi: indi
gent propter se et propter fetū. Amplius post cibum competit pregnan
tibus comedere citonia assata et proprie frixa: et similiter frustra ligni
aloes indi et assiduetur comestio et fricatio manuum et pedum earū. Et
similiter poma granata post cibum eis competunt. Et similiter coria
drum conditum. Et scias q̄ mina citoniorum et bolus armenus ē de his
Contra que sedant nauseam earum. Amplius scias q̄ puluis cimini torrefacti in
nauseā. aceto infusi et origani scōm partes equales et castorei partis vnius ter
tia interdum competit eis et specialiter propter consumptionem vento
sitatum. Et scias q̄ quando mulier pregnans indiget mundificatiuis p
pter immundiciam matricis et partium adiacentium melius est q̄ mun
dificatio illa fiat a quarto mense vsq; ad septimum. Et q̄ fiat per suppo
sita a parte inferiori q̄ per administrata per partes superiores.

De regimine appropinquantium partui.

Mulier autem appropinquante partui compe
rit exercitium et balneum et coitus et menstrua prouocantia ⁊
cetera partum facilitantia que scripta a sapientibus quasi sunt
infinita. Sunt autem quedam partum facilitantia a proprieta
te que est in eis sicut magnes detentus in manu sinistra. Et suffumigatio
cum vngula asini vel equi vel cum oleo piscis saliti: et similiter corallus
suspensus in cora dextra. Et scias q̄ mulieres menstruose huius tempo
ris vtuntur pliris cum musco in facilitando partum. Amplius suffumi
gatio mirre multum competit: suffumigatio cum galbano et castoreo cō
mixtis cum mirra et felle vaccino. Amplius ad idem valet sulfur citri
num et spolium serpentis et fumus columbinus. Hec enim suffumigata
partum facilitant et similiter asa fetida et castoreum in potu sumpta fa
cilitant partum. Amplius sumere in potu cinamomū est bonum valde.
Et similiter decoctio foliorum altee cum aqua et melle si sumatur in po
De sim- tu ad idem valet. Simplicia autem partum facilitantia sunt hec: cinamo
plicibus. mum: cassialignea: cortex cassiefistule: mirra: aristologia rotūda: custos:
sauina: armoniacus: thus: rubea tinctorum: asa fetida: storax et castoreū.
Ex his autem possunt fieri suffumigationes: pillule: electuaria ⁊ similia.

Digitized by Google

Amplius bonum vinum et odoriferum competit mulieribus partui appropinquantibus et subtilis dieta. Amplius scias q lana submersa in succo rute et suppositum partum facilitat. Etiam scias q ciclamen aristologia: staphisagia et cucumer asininus suppositum partum facilitant. Et similiter fel thaurinum. Amplius artheme sia cocta cum aqua calida: emplastretur super vmbiculum et crura et statim fetum educit. Etiam menta bibita cum aqua mellis partū facilitat. Etiam pimpinella trita ⁊ suppositum statim fetum educit. Amplius caueatur q pira non sint in domo mulieris parturientis. Ad idem valet suffumigatio facta de cornibus et vnguibus caprarum. Amplius vngula muli portata sub camisia partū facilitat. Multa alia sunt partum facilitantia que ad presens obmittuntur propter breuitatem: et quia habent locum in regimine curatiuo. Pira nocent.

De regimine enixe.

Hanc restat ponere regimē mulieris enixe vsq; ad triginta vel ad quadraginta dies. Sciendū igitur q post partum immediate competunt cibi subtiles boni nutrimēti et multi ⁊ velocis digestionis sicut aqua carnium laudabiliū: et oua sorbilia ⁊ vinum subtile et odoriferum: non nimis fortem non turbidum. Vitare debet autem mulier enixa omnia genera fructuū et olerum et frigidorum leguminum et acruminum. Et summopere caueat a frigiditate continentis: ⁊ specialiter vsq; ad tres dies. Iaceat igitur continue in lecto cooperta: cruribus tamē parum coopertis ⁊ elevatis: comedat sepe et parū in vice. Non balnee vsq; ad quattuor vel quinq; dies. Transactis autem quattuor aut quinq; diebus balneetur bis vel ter in septimana. Et quanto magis appropinquat ad triginta vel quadraginta dies tanto potest vti grossiori dieta et in sanitate consueta. Interdum autem fluit sanguinis multitudo immediate post partum ex quo contingit mulierem periclitari. Huic autem accidenti obuiandū est eum ligatione brachiorum dolorosa et cum appositione ventosarum magnarum ad mamillas sine sacrificatione et cum appositione pannorum infusorum in aceto supra ventrem colliriorum stipticorum puta rosarum balaustiarum et karabe ⁊ similium. Et de illis quibus inest proprietas in hoc secundū q dicitur est suspensio stercoris porcini in lana et suspendatur in coxa eius. Amplius enixe contingere consuecit mamillarum, dolor et apostemata propter magnam lactis eruberentiam. Horum autem cura est lactatio per mulierem vilem. Tale enim lac inconueniens est lactationi infantis. Et ad idem valet epithimatio mamillarum cum aqua decoctionis fabarum et orobi et coriandri. Et quia hoc ingreditur regimen curatiuum transeo. Amplius scias q linire mamillam cum cancro marino vel fluuiali contrito habet proprietatem in lactis minoratione. Amplius scias q epithimatio mamillarum cum aqua decoctiōis rute est de his que lac minorant. Interdū etiam post partū nō mundificat mulier: sz retinet sanguis corrupt⁹ q̄ deberet euacuari ⁊ ex hoc pūt egritudines gignari valde male: puta febres ⁊ postemata ⁊ dolor matricis: ⁊ sternutatio ē tali mulieri iuuatiua. Et vniuersaliter oia humida qm naturali Minoratio lactis

Digitized by Google

ter in ſubſtantiam aliti mutari non poſſunt niſi ſit virtute exceſſus caloris naturalis qui vix in muliere reperitur et maxime in muliere enixa q̄ ex emiſſione ſanguinis in partu dealbata eſt quod eſt ſignum frigiditatis maxime albedo namq; ſm Ariſtotelem eſt mater frigiditatis. Quanto enim mulier albior tanto ſcōm eum. Et ſimiliter ſm Auerroys plus de frigiditate habere dicitur. Amplius ſuffumigatio cum capitibus allecū ſalitorum aut cum vngula equi aut aſini valet ad idem. Et adultimū fiat fleubothomia ſaphene: valet enim ad menſtrua prouocanda et prohibet apoſtematis aduētum et repletionis nocumentum. Et fleubothomia vene curuature poplitis eſt fortior in hoc. Et ſi contingat enixam hoc tempore febricitare aqua ordei confert ei: et ſi non retinet menſtrua ⁊ granata dulcia: quia febres enixarum vt plurimum ſunt ex menſtruorum retētione cum fit curatio cum fleubothomia ſaphene fit iuuamētum cum ea. Amplius ſcias q̄ talibus mulieribus interdum inflantur ventres earum et tunc eis competit in potu dyamarte et reliqua diſſoluentia ventoſitates. Amplius eis competunt origanum ſerapinum et maſtix cum equali tare. Amplius interdum talibus mulieribus contingit dolor matricis. Et cura eius eſt ſedere in aqua calida decoctionis aneti et camomille et inungere locum matricis cum oleo violato dulci tepido. Et ſi forſan in loco matricis contingant vlcera curentur cum vnguento albo raſis ⁊ ſimilibus vnguentis conuenientibus vlceribus ſupra membra neruoſa. Hec ſufficiant de regimine enixe.

De febre

De regimine lactantis.

NUnc reſtat dicere aliqua breuia de lactantis regimine ſed ante dicemus lactantis conditiones quarum prima ſumitur ex parte etatis. Debet enim eius etas eſſe ſanitatis et complementi ⁊ eſt etas iuuentutis a viceſimoquinto anno vſq; ad triceſimumquintū. Hoc enim tempore lac debz eſſe perfectius ſicut et totus corporis membra a quibus lac habet exordium. Secunda conditio ſumitur ex parte habitudinis ⁊ figure: debet enim eſſe boni corporis ⁊ collū habere fortē et pectus magnum ⁊ amplum: ⁊ debet eſſe bonorum muſculorum et dure carnis: et magnarum venarum ⁊ medie habitudinis inter maciem ⁊ pinguedinem. Tertia conditio ſumitur ex parte mamillarum. Oportet enim eius mamillas eſſe magnas decēter et ſolidas nec debēt eſſe extranee magnitudinis nec laxe ⁊ moles: ſed debent eſſe medie inter molliciem et duriciem. Et extremitates papillarum mamillarū non debent eſſe nimis parue ne infans in earum compreſſione laboret. Quarta conditio ſumitur ex parte morum ipſius. Debet enim eſſe bonorum morum et laudabilium que tarde patiatur ab anime accidentibus puta: ira: triſticia: timore et ſimilibus. Omnia enim corrumpunt lactis complexionem. Vnde prohibendum eſt ne ſtolida lactet: malicia enim morum ipſius ad hoc perducit eam vt infantis paruam habeat ſolicitudinem et ei parum blandiatur. Amplius non debet eſſe luxuriosa ⁊ ebriosa nec crapulata. Hec enim lactis corrumpunt complexionem. Quinta conditio ſumitur a ſubſtantia qualitate ⁊ quantitate lactis. Debet enim eſſe ſubſtantie mediocris: non nimis fluidū: nec nimis groſſum ⁊ caſeatū: nec diuerſarum partium nec ſpumoſum. Eius quidē ſubſtantia experitur: mulgen

Conditiones lactātis.

De moribus.

Digitized by Google

do ex eo guttã ſuper vnguem. Nam ſi fluat eſt ſubtile: et ſi non eſt groſſum et ſpiſſum. Et ſcias q̃ lac temperate ſubſtantie habet partes caſeatas ⁊ aqueas equales. Experieris igitur cum in ampula ponitur: ⁊ parũ mirrhe ſup ipſum proiẽcitur ⁊ digito permiſcetur. Per hoc enim ſcitur aquoſitatis ipſius et caſeitatis quantitas que debent eſſe equales in lacte. Amplius quantitas lactis debet eſſe ſufficiens ad infantis nutritionẽ. Amplius color lactis debet attinere albedini ⁊ ſapor dulcedini. Non enim in lacte debet eſſe amaritudo: ſalſedo: nec acredo: nec color viridis. Amplius nutrix non debet eſſe ſomnifera: nec grauis ſomni. Nam propter hoc multe nutrices dimiſerunt infantes fame deficere: et eoſdem lactando ſuffocauerunt obdormientes ſuper eos. Amplius multum conſiderandum eſt q̃ lac nutricis non ſit antiquum nec nimis partui propinquum. Sit igitur duorum menſiũ: vel menſis cum dimidio ab hora partus. Et ſit partus naturalis ⁊ maſculus ⁊ ſit mulier que abortire non cõſueuit. Amplius conſiderandum q̃ nutrix ſit complexionis proportionalis infanti quam debet nutrire: et ſpecialiter ſit infra latitudinem temperate complexionis vel prope. Quod ſi infans forte colericus ſit non eſt malum q̃ nutrix ſit fleumatica vel q̃ eius regimen ſit declinans ad fleumaticum. Scimus enim ex ſupradictis q̃ regimen melius complexionũ lapſarum debet eſſe per contraria ⁊ non per ſimilia. Et ſi forſan lac nutricis fuerit groſſum et mali odoris: melius eſt vt non detur niſi poſtq̃ mulctum fuerit ⁊ in aere moram fecerit. Et ſi fuerit vehementis caloris non detur aliquo modo ieiuno. Amplius ſi lac fuerit groſſum: conueniẽs eſt vti ſubtiliatiuis: puta oximelle diuretico cum decoctione origani mõtani: yſopi: epithimi et ſimilium. Amplius in cibis eius vtatur croco: et vtatur exercitio moderato. Et ſi forſan mulier fuerit calide complexionis: dabimus ei in potu oximel ſimplex cum vino ſubtili ſinuũ ſiue ſeparatim. Et ſi forſan lac nutricis fuerit ſubtilius q̃ oporteat: deſinat ab exercitio: et cibis vtatur ingroſſantibus ſanguinem ⁊ precipiatur ei vt dormiat ⁊ vtatur vino dulci groſſo ⁊ robuſto: niſi fuerit quod phibeat. Interdum contingit quod in mamillis nutricis eſt nimia lactis exuberãtia: ex qua contigit lac in mamillis corrumpi. Huic autem accidenti remediatur ex vſu eorum que pauci ſunt nutrimẽti et ieiunio: exercitio: balneo et vigilia: ⁊ ſimilibus: ⁊ emplaſtro mamillis ⁊ pectori appoſito ex cimino et aceto: aut lentibus coctis in aceto: aut fabis aut luto abluto cũ aceto: et per potum rei ſalſe ⁊ comeſtione mente. Et ad idem valet mucillago pſillij epithimata cum acero. Amplius ſcias q̃ ruta et oximum garioſilatum epithimata: et interius ſumpta lac minorant. Et ſimiliter ex armoniaco et aceto: vel ex armoniaco ⁊ vino. Et ad idem etiã valet epithima ex radice caulium. Amplius fiat linimentũ ex mucillagine fenu greci: lacca: ⁊ litargiro et oleo roſato. Amplius ſcias q̃ cancer marinus et fluuialis contritus ⁊ epithimatus habet proprietatem in iſto: ⁊ forte interius ſumptus. Et ſimiliter ſi timeamus caſeationẽ lactis in mamillis: liniantur cum oleo de menta ⁊ de viola ſarracenica: et hoc cum mamillarum complexio declinat ad frigidum. Et ſi ad caliduz: quod ſatis poteſt tactu diſcerni: epithimentur mamille cũ mucillaginibus frigidis: ⁊ oleis frigidis: et ſuccis frigidis notis. Et ſcias q̃ acetum vini cum oleo roſaz: conquaſſatum et calefactum linitum ſuper mamillas eſt de reſoluentib⁹

Digitized by Google

caſeationem calidam. Et ex prohibētibus caſeationem frigidam eſt epithimatio cum aqua decoctionis feniculi et balſamite ℞ aneti: ℞ fenugreci ℞ ſimilium. Et ſimiliter epithima ex oleo de lilio ℞ naſturcio camomilla et coſto: valet ad idem. Et quia hoc ingreditur regimen curatiuū trāſeo. Interdum autem nutrix non habet lac ſufficientis quantitatis ꝑ nutrimento infantis: cuius cauſa poteſt eſſe penuria nutrimēti: vel malicia complexionis in toto corpore: vel mamillarum caliditas vel frigiditas: vel debilitas attractiue mamillarū. Quod ſi penuria nutrimenti ſit cauſa nutriatur iure facto ex ordeo: et frumento: ℞ leguminibus. In iuribus quoq; ipſius et cibis ponende ſunt radices feniculi et ſemē eius anetum et nigella. Quidam autē dixerunt ꝙ comedere vbera ouium ℞ caprarū cum lacte quod continent valde eſt iuuatiuū propter hoc quod in eis exiſtit de ſimilitudine aut ꝓpter proprietatem que in eis eſt. Amplius ſcias ꝙ ozag. i. vermium terrenorum ſiccorum in aqua ordei continue ſumpta multis diebus valet ad lactis multiplicationem. Et ſimiliter elixatura capitum piſcium ſalſatorum valet ad idem ſepe potata: et fiat elixatura in aqua aneti. Hic improbat opinionem auicēne ℞ notat rationem cōmentatoris probando ꝙ generatum ex ſemine ℞ ſine ſemine differunt ſpecie ſic ꝙ agens eſt diuerſum ℞ recipiens diuerſum ℞ ſic receptum erit diuerſum. Sed diceres ſtante eadē cauſa materie effectus erit idem numero verum eſt ſtante eadē menſura ℞ materia eque diſpoſita. Sed ſic nō eſt quia tempus raptim tranſit ℞ nō reuertitur idem numero. Amplius ad idem valet butirum ℞ ſiſamum: ℞ valet decoctio raphani in vino. Amplius mamille liniantur ex ſtercore ſturdorum cum lacte aſine ℞ oleo more emplaſtri: et lac prouocabitur. Etiam fricare mamillas blandis manib⁹ lac multiplicat. Et ſi in mamillis videatur abundare calor: nutriatur ordeo et ſpinachiſs: ℞ ſimilibus declinātibus ad frigiditatē. et ſi eis videat dominari frigus ſit eius nutriens ſubtile ad caliditatē declinans. Et ad hoc conferunt ſemē bauciarum: et ipſemet baucie. Etiam ſcias ꝙ approximatio ventoſarum ſub mamillis abſq; ſacrificatione multa cōpreſſione augmentat mamillarū caliditatem: et attrahit materiā lactis ad mamillas. Quod ſi forſan velimus rectificare odorē lactis ex eo ꝙ ſit odoris mali dabimus in potu vinum boni odoris et ſimiliter nutriemus cū cibis boni ſaporis ℞ delectabilis odoris. Euitare debet nutrix ea que ſanguinem permiſcent menſtruū: ℞ lactis odorem corrumpunt: ℞ ipſius minuūt quantitatem. Debet igitur euitare coitum quantum poteſt: et ebrietatē: et ſatietatem nauſeatiuam: ℞ exercitium ℞ balneum immoderatum: et ſimiliter iram: triſticiā vigiliam ℞ genera acruminū. Et vniuerſaliter omnia que ſanguinem cōturbant ℞ conſumunt: ℞ malum humorem generāt. Quomodo autem mamillarum magnitudo valeat impediri: ℞ earū magnitudo debita procurari. ſufficienter haberi poteſt ex ſupradictis capitulis: de regulis regiminis ſanitatis ex parte habitudinis.

Deuētoſis.

De conſeruatione matricis.

Menſtruorum prouocatio.

De matricis autē conſeruatione ℞ debita menſtruorum prouocatione: q; ſatis patet ex dictis ſuperius in iſto capitulo: propterea volo breuius pertranſire. Sciendū igitur ꝙ menſtrua temperata in qualitate et quantitate ℞ in tempore

Digitized by Google

suo currentia secundum consuetudinē naturalem in omni spacio: sunt cause sanitatis mulierum: ⁊ mundificationis corporis earum ab omni nocumento in quantitate ⁊ qualitate: et faciunt ipsas acquirere castitatem et paucitatem desiderij. Et mensura equalis menstruorum est vt menstruetur mulier in omni mense vsq; ad triginta dies. Et est diligenter notandum ꝙ menstrua naturaliter fluunt in qualibet lunatione semel: et si fluunt plus vel minus: non est ex toto secundum naturam. In quibusdā autem fluunt in prima quadra: puta in puellis: et in quibusdam in secunda: puta in iuuenibus: ⁊ in quibusdam in tertia: puta prouectioribꝰ ⁊ in quibusdam in quarta: puta senioribus. Et incipiunt mēstrua fluere in mulieribus communiter post decimumquartum annum: quibusdam citius: quibusdam tardius: secundum diuersitatem complexionum ⁊ habitudinum et similiter regionum ⁊ similium. Et cōmuniter durant vsq; ad quinquagesimum annum. Et in quibusdam non durat vltra tricesimumquintum: et in quibusdam solum vsq; ad quadragesimumquintum annū. Quedam enim mulieres sunt ita male complexionate ꝙ non possunt vsq; ad quinquagesimum annum peruenire: et in talibus menstrua citius naturaliter deficere consueuerunt. Quando autē menstrua alterātur a dispositione propria naturali sunt causa debilitatis mulierum ⁊ alteratiōis forme: et paucitatis conceptionis aborsus ⁊ debilitas fetus. Multū igitur sollicitari debet medicus ꝙ menstrua nō alterentur a dispositione propria naturali. Que autem sit dispositio menstruorum naturalis ⁊ propria: scitur ex colore ⁊ substantia eorum. Et diuersificantur secundum diuersitatem cōplexionis: habitudinis regionis etatis ⁊ regiminis. Et hoc potest experientia disci: puta videndo colorē ⁊ substantiam menstruorum diuersarum mulierū: in complexione: etate: habitudine: ⁊ sic de alijs. Sed qꝛ hoc non pertinet ad presens opus: transeo. Sufficit autē ad presens scire ꝙ si menstrua alterentur a dispositione propria naturali: siue talis alteratio sit ex mala dispositione totius vel matricis sunt causa nocumentorum supradictorum. Studendum igitur est ꝙ sint in propria naturali dispositione conseruando vel reducendo si non fuerint. Quod qūo fieri potest: sufficienter haberi potest ex supradictis capitulis sumptis ex diuersitate cōplexionis: etatis ⁊ habitudinis: ⁊ ex his que superius in hoc capitulo dicta sunt de his que matricem cōfortant. In hoc igitur terminetur regimen sanitatis appropriatum sexui femineo: et per consequēs secunda pars huius tractatus.

Alteratio menstruorū.

¶ Tertia pars. Capitulum primū de regulis sumptis ex ꝑte elementoꝝ nostro corpori occurētium ab extra.

Non debet eē terra cuiꝰ habitatio eligit̄ lutosa nec scenosa nec fetēs: nec limosa: nec sup̄ quā virtus metalli sit superās: nec sulphurea: nec aluminosa: nec in qua sint vel fuerit mortuoꝝ cadauera: nec malis herbis aut arboribꝰ fecūdata sed bonis: puta vineis salicibus arbore pini ⁊ similibus amicabilibꝰ nostris corporibus. Sunt enim quedam plante que multum ini-

micantur nobis: sicut experientia docet de arbore nucum ⁊ de alijs multis arboribus: vt persice et populo arbore sambuco ⁊ ficum. Terre igit fecundate his arboribus non sunt bone habitationis. Et similiter intelligatur de herbis. Sunt enim quedam venenose herbe quibus terra fecundata non est conueniens habitationi vt est ellebozus: esula solatrū morale ⁊ similia. Et per oppositum fecundata bonis herbis et odoriferis ē conueniens habitationi nostre. Amplius non debet esse terra cauernosa inter montes inclusa: nec nimis montosa. Et terra melioris habitationis debet esse discooperta et ab oriēte ⁊ a septentrione. Nam illi duo venti sunt magis purificantes aerem illius habitationis. Unde ⁊ in mansionibus bonum est fenestras esse septentrionales ⁊ orientales: non meridionales nec occidentales. Et hoc verum est regulariter: sed interdum contingit per accidens ventum septentrionalem esse deteriorem meridionali. Possibile enim est ꝙ ventus transeat per aliquam partem septentrionis nimibus occupatā vel adustam: vel minerosam: vel lutosam: vel corruptam aliquo modorum corruptionis supradictorum: et sic ventus septentrionalis erit impurior et minus eligibilis. Et similiter intelligitur de parte orientis. Bonum est igitur interdum per accidēs fenestras habitabilis terre seu spiracula esse a parte meridiei vel occidentis quānis regulariter cōtrarium sit eligibile. Vicinitas quoq; aquarum dulcium currentium multarum et mundarum: que in hyeme cito infrigidantur: ⁊ in estate cito calefiunt. Et similiter pratorum viridium non vmbratorum multis arboribus: est res conueniens habitationi ⁊ adiutorium prebens. Propinquitas autem marium facit terram habitabilem esse multe humiditatis: vnde talis terra est multū reumatica. Sed in partibus septētrionalibus talis propinquitas est habitationi cōuenientior. Nā ex hoc terra fit temperata in actiuis qualitatib⁹. Nisi enim esset maris propinquitas nimis declinaret ad frigus propter solis distantiam a capitibus eorū nec esset magnus lapsus in humido: eo ꝙ illa terra declinat ad siccum plus alijs terris habitabilibus. Unde ex marium propinquitate nō est tantus excessus in humido: sicut in partibus meridiei. Unde maris ꝓpinquitas in partibus meridiei est minus habitationi conueniens. Nam ex hoc terra calidior efficitur ⁊ humidior ꝙ oportet: et disponens corpora ad egritudines putridas. Similiter propinquitas maris ex parte orientis terram habitabilem humidiorem facit ꝙ ex parte occidentis: et iō magis est vituperabilis in sanitatis regimine ꝙ in partibus occidentis. In partibus enim occidentis est tanta humiditas in aere continente ex maris vicinitate: sicut bene scitur ex principijs naturalis philosophie. Et similiter in partibus orientalibus et occidentalibus eorum qui non sunt nimis septentrionales: vituperabilis est marium propinquitas. Et propinquitas ad aquas dulces claras currentes: que in estate cito calefiunt et in hyeme cito infrigidantur est eligibilior.

Herbe venenose.

De aqua.

Et non solum cadit electio in terra habitabili sed in aqua potabili: qua plurib⁹ modis vtimur in regimine sanitatis: puta bibendo: balneando: et in eadem cibaria decoquēdo. Debemus igitur primo considerare ꝙ aque origo sit in ter

ra laudabili:non fetida/nec minerali. Amplius considerandum est q̄ nō
sint aque stantes:cuiusmodi sunt lacunales: puteales:stagnales:sed fon
tales et currentes per terram arenosam:vel lutosam luto libero:non fe
tido:non corrupto. Et sint occurrentes ad orientem vel septentrionē: et
proprie ad oriens estiuū. Aque autem currentes ad meridiem ⁊ occiden
tem male sunt. Etiam aque eligibiliores sunt:cum multum distant a prī
cipio originis. Et debent esse soli et ventis discooperte. Et debēt esse sa
pore quasi dulces: ex quibus vinum parum tolerat que cito calefiunt et
infrigidātur:leues:clare:⁊ subtiles:i quibus post moram parum vel ni
chil residet. Notandum etiam q̄ pondus est ex iuuantibus experimētis *Experi-*
ad cognoscendum aque bonitatē. Aqua enim que est leuior: vt in pluri- *mentum*
bus est melior. Et scitur vt si in aquis duo panni eiusdem pōderis made *aque.*
facti et post siccati fuerint:et deinde ponderetur:quia aqua cuius pānus
leuior erit melior. Quod si forsan non possumus inuenire aquas leues:
subtiles et claras: sed sint turbide et grosse: decoctio et sublimatio eas
subtiliat et rectificat. Nam grossicies aque propter frigus inspissans: vt
propter admixtionem partium terrestrium sub aqua propter earum sub
tilitatem et aque spissitudinem descendere non valentium ex decoctione
corrigitur:ex eo q̄ per decoctionem ⁊ sublimationē aqua subtiliatur:et
rarefit per frigoris ammissionem:⁊ partes terre que primitus ab aqua
descendere non poterant propter aque spissitudinem et earum paruita-
tem propter quam erant impotentes siue potentia eorum nō erat tantus
extensa aquam scindere seu superare propter eius nimiam spissitudinem
seu grossiciem ⁊ earum paruitatem que ab eis aufferri non poterat cum
virtus talium illam excedere non possit: in aliquo gradu potentie et ad
fundum descendere:per aque decoctionem ad descensum habilitātur ex
eo q̄ aqua fit rarior et ad scindendum aprior. In aqua igitur pura nō ha
bet locum decoctio seu sublimatio siquidem sit pura in substātia per pri
uationem admixtionis partium terrestrium:⁊ in qualitate per priuatio-
nē frigoris inspissantis. Sunt autem stolidi medicorum qui dicunt aquā
per decoctionem ingrossari: ex eo q̄ subtile resolutur et euaporat:⁊ re-
fiduū ingrossatur. Unde apparet q̄ aque pluuiales subtiliores sunt: nō
pluuialibus. Et sic q̄ remanet post decoctionem erit grossius. Nos igi
tur dicimus q̄ vel ipsi supponunt aque puritatem in substantia ⁊ quali-
tate:et sic oportet q̄ homogeneū sit illud quod resolutur ei quod rema-
net:cum tota aqua fuerit homogenea ante decoctionem. Quod autem
vna pars euaporet et alia remaneat:contingit ex hoc quod vna pars aq̄
est ab igne vel sole magis passa quā alia. Et causa quare vna pars ma-
gis passa est ab igne vel sole est propinquitas ad agens. Et sic patet q̄
eorum argumentatio non habet locum in aqua pura ⁊ homogenea. Un
puto q̄ aqua pluuialis si eleuaret ab aqua pura ⁊ homogenea:non esset *De aqua*
subtilior q̄ aqua a qua eleuatur quantū est de per se. Unde bene verum *pluuiali.*
est quando dicitur q̄ tēpore euaporationis est subtilior seu acutior eo q̄
subtiliata est a calido:sed postq̄ infrigidata ⁊ inspissata est:est eque sub-
tilis ⁊ forte minus subtilis: eo q̄ magis patitur a frigido ꝓpter subtili-
tatē accidentalē quā acquisiuit a calido eleuāte. Sed nota q̄ aq̄ pluuia-
les regulariter sunt subtiliores ex eo q̄ non eleuantur ab aquis puris: ſꝫ
propter earum subtilitatē sunt putrefactibiles magis. Un si dubitam?

Digitized by Google

de earū putrefactione: laudo ꝙ decoquamus eas. Nam decoctio obuiat putrefactioni. Si autem ipsi arguant de aqua non pura siue maculata in substantia per admixtionē partiū terrestriū: sic ꝙ nō valet eorū argumētatio: eo ꝙ partes terrestres post decoctionē nō remanēt cū aqua: sed descendunt. Et si remanerent vtiq; esset substantia eius grossior quā ante: ex eo ꝙ minus esset de aqua ꝙ ante: et partes terrestres non essent diminute. Unde si ex partibus terrestribus et aqueis fieret vnū mixtū indissolubile per decoctionē: sicut patet in vino et in multis aliis liquoribus qui liquores per decoctionē ispissantur vtiq; aqua per decoctionē. Sed non ita accidit aque quia taliū partiū terrestriū admixtio per decoctionē descendit per modū superius dictū. Plus igitur facit decoctio ad aque subtilitatē per descensum partiū terrestriū ꝙ possit facere ad grossitiem per subtilis euaporationē. Et si eorū argumentatio sit in aqua inspissata a frigore in qua non fit admixtio partiū terrestriū patet ꝙ argumentatio non procedit. Nam quod resoluitur homogeniū est ei quod remanet post euaporationē: nisi quod subtiliatū est ꝙ frigoris āmotionē. Amplius sciendū ꝙ admixtio aceti cū aqua rectificat ipsius grossitiem. Amplius scias ꝙ fortis aque cōmotio de vase in vas: et deinde precipitatio lapillorū paruorum in esndē aquā ab alto cadentiū: aquam grossam rectificant et subtiliant. Amplius scias ꝙ aqua vehementer frigida: cuiusmodi est aq̄ glaciei: et minimum cōplexionis temperatis non est: cōueniens: sed debet esse aqua infrigiditatis fortitudine temperata. Aquas enim vehemēter frigidas aut vehementer infrigiditas: non tolleraꝫ nisi vehemēter sanguineus. Et si forsan non illico nocumentū fecerit cum quis magis processerit nocumentū facit. Scias ꝙ bibere aquā ieiuno stomacho et post exercitium et balneum et in ebrijs crapulatis: et in siti mendosa et cū natura circa nutriens laborat in digerendo vehementer nocium est. Et si multa necessitas fuerit bibere eam: oportebit vt prius temperetur: et cū eadem sepe os abluatur. Et si hoc non sufficit cum vase bibat stricti orificij et hoc quidem ebrio confert et stomacho ieiuno. Et si forsan aliquis ieiunus post exercitium a potu abstinere non potest bibat vinum cum aqua calida temperatum. Amplius sitim habens mendosam aquam gurgitando non bibat sed paulatim suggendo. Et siti quidē mendosa impeditus: scire debet ꝙ superdormire et sitim tolerare ipsam sedat: ex eo ꝙ humor eam faciens digeritur et corrigitur: sed cum digestio impeditur propter potum: redibit sitis mendosa. Nam humor sitim faciens non corrigitur nec digeritur. Amplius scias ꝙ bibere multā aquam frigidam non competit in regimīe sanitatis: quod si forsan sit necessarium: sit post sufficientem comestionem. Aqua tepida nauseam facit: sed calida stomachum debilitat: sed raro sumpta stomachum lauat et ventrē laxat. Amplius scias ꝙ aqua frigida confortat omnes virtutes in suis operationibus: quando sumitur cum equalitate scilicet digestiuam: attractiuam: retentiuam: et expulsiuā. Et confert habentibus rariratem et cursum: quicunq; cursus sit: et ex quocunq; membro: sed nocet neruis et habentibus opilationes et apostemata. Amplius scias ꝙ aque ferree confortant oia viscera et addunt in coitum. Unde conferunt splenericis epaticis: et stomatichis et vniuersaliter habentibus viscera debilia.

Aqua mixta cum aceto.

Aqua bibita stomacho ieiuno nocet.

Siti mēdosa.

Aqua frigida multa nō conuenit in regimine sanitatis

Digitized by Google

De aere.

AMplius cadit electio in aere nos circũdante sicut et in aqua et in habitabili terra. Aer enim est necessarius in regimine sanitatis dupliciter. Primo quidem propter refrigerationem spiritũ et calozis innati. Secundo propter expulsionem fumosarum superfluitatum obnubilantiũ spiritum et calozem innatum. Sicut enim in exteriozibus nos videmus q ignis sine euentatione aeris suffocatur et extinguitur: sic etiam imaginari debemus q spũs et caloz innatus indiget aere ipm nutriente: conseruante: et obtemperãte Obtemperatio igitur calozis innati fit per aeris attractionẽ: et eius deputatio fit per aeris expulsionem. Primũ quidem fit per motum attractionis: qui dyastoles nominantur: et secundum per motum expulsionis: qui sistoles dicitur a sapientibus. Si igitur aer attractus sit fetidus et impurus: corrumpitur caloz et spiritus innatus. Multum igitur debet medicus sollicitari circa aerem in sanitatis regimine. Aer igitur debet esse bone substantie: cui nõ admiscetur aliquid ex vaporibus nec fumositas extranea. Non enĩ debet esse aer turbidus nec nebulosus: nec malis vaporibus admixtus. Dic enĩ aer humozes conturbat: et animã contristat. Et debet esse discoopertus celo: et non inter parietes et tecta cõstrictus. Et vt si ad vnum dicere omino euitari debet aer qui sit inclusus nõ euentatus. Unde verũ est q tempore epydimie in quo accidit aeris putrefactio: cõmunis est eligendus aer inclusus. Unde tempore illo bonũ est inhabitare solaria: sed alter aer discoopertus melioz existit. Consyderandum est q cum aere non misceantur vapozes lacuum et profunditatũ aquam putridam continentiũ et terrarum que non sunt libere sed laxe: de quibus supra dictum est. Et vniuersaliter locozum vbi nascũtur olera qualia sunt caules: et eruca et similia et arbozes viscose male: cuiusmodi sunt ficus et nuces. Aer enĩ cui tales permiscentur vapozes est euitãdus in regimine sanitatis. Amplius eligendus est aer in quo sufflent boni vẽti: et ex terra alta vel equali. Amplius multum debem? sollicitari q aer non excedat in aliqua primarũ qualitatum: q si forsan contigerit obtẽperetur per artem ẽrum: possibile est. Amplius aer ex parte sue cõplexionis diuersificatur: quoniaz si calidus fuerit dissolvit virtutem et corpus laxat. Sed si caliditas fuerit temperata trahit sanguinem ad exterius: vnde colozem rubificat: et si multum calidus fuerit aer citrinat colozem multum, sudare facit: diminuit vrinam: digestionem debilitat. Aer frigidus est contrarius: ventrem constringit: digestionem fortificat: vrinam efficit multam: sudozem diminuit et egestionẽ. Aer humidus cutẽ lenit: et corpus humectat. Siccus cutem desiccat et corpus denigrat. Nota q saturnus est prima stella erratica et gratia sue influentie dat anime virtutem discernendi et ratiocinãdi: et dicitur saturnus quasi satur in armis per contrarium. Unde cum sit, frigidissimus et siccus influit caritatẽ ipso regnante. Sed iupiter influit magnanimitatẽ. Unde iupiter fuit quidem vir qui expulsit patrem suum a regno suo: et dicitur quasi iuuans patrẽ: per contrarium et illud attributum est vni planete qui magnanimus est per influentiam ita q puer natus eo regnante fit magnanimus propter constellationes elementozum..

Tẽpore epidimie

Digitized by Google

Tertia

De igne.

Electio lignorum.

AMplius cadit electio i igne quo plurimis vtimur modis in sanitatis regimine nos: puta calefaciendo et cibaria decoquendo. Multum igitur cõsiderare debemus in sanitatis regimine ex qua materia sit ignis quo vtimur. Non enim debet sapere naturam aliquorum venenosorum aut metallorũ nec debet esse materia ex terra fetida corrupta: nec limosa: nec scenosa. Nec materia debet esse putrida vel corrupta: nec debet esse materia male qualitatis vl complexionis. Unde debent euitari ligna ex arboribus male cõplexionis: vt ficus: nuces: et sambucus: et similes. Et similiter omnia ligna crescentia in terra corrupta: et ligna ex antiquitate corrupta. Et euitari debent carbones marini. Nam ignis talium carbonũ facit cadere i pessimas egritudines: sapit enim naturam veneni. Et similiter euitandus est ignis ex carbonibus lignorum quibus homines communiter vtũtur: ex eo q mala qualitas lignorum ex quibus fiunt predicti carbones que cũ fumo exalare debuisset per violentiam remansit in eisdem inclusa que postea cum incenduntur sine flamma ad actum reducitur: et corporibus nostris infert notabile nocumentũ. Unde multũ cauere debent magni oñi quibus est cura de sanitatis custodia q eorum cibaria talibus carbonibus non decoquantur: et vniuersaliter q eorum calor non appropinquet suis corporibus. Ignẽ autem arborum siccarum et terre libere satis approbo et ignem lignorum laudabiliũ non viridium et vniuersaliter ignẽ lignorum perhibentium flammam claram et sine fumo. Ignem autẽ inclusum non euentarum vitupero. Item laudo q ignis appropinquet nostris corporibus per medium et non immediate: quia nimis corpora nra desiccaret. Item magis laudo ignem a parte posteriori ꝫ anteriori. Itẽ laudo q aliquis et immediate post cibum multum non calefaciat se. Wã ex hoc debilitatur digestio. Item vitupero ignem stupharum quia color est inclusus non euentatus.

De carbonibus.

Capitulum secundum de exercitio.

Exercitium moderatum laudat

EStificati sunt sapientes q exercitium temperatum et equale ante cibum sanitatem causat et conseruat licet immediate post cibum sanitatẽ impediat. Exercitiũ enim ante cibum calorem naturalem fortificat: et ex hoc appetitus in stomacho vigoratur: et mẽbra copiosius recipiunt alimentum ⁊ alimentũ per mẽbra pfectius diffundit: et pori aperiũtur: ⁊ ex hoc superfluitates tertie digestionis liberius expelluntur. Item per exercitiũ in eo qui exercitari cõsueuit proueniunt duricies quedã organorũ: ex qua difficilius patiuntur et redduntur fortiora ad ceteras actiones. Item per exercitũ motus spirituum vigoratur: ex quo superfluitates euacuari et per poros humores liberi⁹ expurgari est necessariũ. Exercitiũ igitur moderatum non permittit humores nec eorum superfluitates in corpore aduenari: quibus in corporibus multiplicatis idigemus farmatia vel fleubothomia que ꝫuis purgẽt corpus: tamẽ corp⁹ inueterãt. Et specialiter medicina laxatiua: que vt plurimũ in se habet naturã veneni. Et non solum

Euacuatio purgat et inueterat.

Digitized by Google

euacuat nociuū: sed magnam partem caloris et spiritus qui sunt fundamenta vite nostre. Bene igitur potest dici q exercitiū est motus voluntarius in quo requiritur anhelitus magnus et frequens et velox. Et ad ipm quidem conuersus peragendū secundū modū sue equalitatis er in hora sua non indigebit aliquo medicamentorū que necessaria sunt in egritudinibus materialibus: et in egritudinibus que eas sequūtur. Et hoc quidē est verū supposito q reliquum regimen cōueniens sit et rectum. Nō igit meretur dici exercitiū nisi ex eo proueniat in anhelitu magnitudo et frequentia. Hoc enī est signū fortitudinis caloris inati: ex quo cōtingūt plura iuuamentorum supradictorū. Non est igit negligendū exercitiū volētibus sanitatē conseruare. Bonū est igitur tempus vsus ipsius exercitij adinuenire. Non enī oportet tēpore exercitij multitudinē crudox et indigestorum humorū seu ciborum secundū ventrem seu in vasis contineri. Periculum est enim eos attrahi ad omnes alias particulas anteq benigni fiant: siquidē digestio fit in quiete: et motus specialiter fortis impedit digestionem. Et vniuersaliter dico q corporibus valde repletis: siue sit repletio ex humoribus laudabilibus vel nocuis: nō cōpetit exercitium. Nam exercitiū non est sufficiens ad euacuandū talium corporū plenitudinem. Unde solum humores cōmouet eos: et ebullire facit ex quo periculum est febres et apostemata et opilationes que ad hoc sequūtur in corporibus generari. Talia igitur corpora ārteq exercitent: specialiter fortis exercitio: cōperit fleubothomari et farmacari secundū exigentiā humox peccantiū. Amplius quia per exercitiū expellūtur superfluitates tertie digestionis que celebratur in membris: et sic poros expurgat: et superfluitates existentes in eis euacuat: melius est ante cibaria suscipiēda exercitiū inchoare: sic quidē q prior cib⁹ iā sit i stomacho: epathe et venis pfecte digestus: et iā appropinquat tēpus suscipiendi aliū cibū. Unde diligēter notandū q non puto q exercitiū sit necessariū propter expulsionē superfluitatum imediate suscepti cibi in stomacho et venis iam elaborati. Nā talis cibus adhuc non est digestus in membris: et per consequēs adhuc nō instat tēpus expulsionū superfluitatū tertie digestionis: sed puto q necessariū est propter expulsionē superfluitatū cibi suscepti ante hūc. Unde dico q exercitiū serotinū quod fit ante cenam nō est propter expulsionē superfluitatū cibi suscepti in prandio eiusdē diei: sed cibi suscepti in cena diei precedētis. Vel oportet dicere q omēs digestiones essent cōplete: et perfecte cibi imediate sumpti anteq inchoaretur exercitiū. Quod videtur mirabile in eo q corpus remaneret sine cibo plus q oportet: et in corpore colera multiplicaret: et corpus cōsumeretur. Sed in isto est materia cōsiderandi. Hoc est igitur verū tēpus inchoandi exercitiū. Quod si exercites ante humoribus digestis: replebis corporis particulas: et si post coleram in corpore generabis ampliorem. Huius autem temporis cognitio est vrinarū color. Nam aquosus quidē in digestionē significat: seu denotat: et q adhuc non instat tempus: exercitij inchoandi. Rubeus vero et colorat⁹ sititer et sanguineus ex multo tēpore digestionē fuisse factā significat et tēpus exercitādi seu actualiter agendi pcessisse. Sed color temperans: Puta rubeus tēperate non igneus: significat secundā digestionem fore factā de propinquo: et non de remoto et tunc est tēpus inchoandi exercitiū seu actualē operationē circa illud. Purgande sunt

Motus corpora turbat.

Digitized by Google

tamen prius superfluitates que sunt in intestinis ⁊ in vesica: alias eñ ali quid ex his ad venas corporis trahent propter fortitudinem caliditatis resoluentis in exercitijs. Sciendum propter ea ꝙ illi qui custodiosius et subtilius locuti sunt de exercitio docuerunt corpora per fricationem cõuenientẽ ad exercitia preparari: et specialiter cum quis intendit ad exercitium fortius. Si enim quis ad fortiores venerit motus anteꝙ molliat totum corpus: et superfluitates subtiliet: et poros dilatet qui fiunt: frica

Fricatio

tionibus moderatis ⁊ demum super infusione olei dulcis: periculum est errumpere vasa. Periculum quoꝙ est ne superfluitates: impetu spiritꝰ mote poros opilent. Si vero paulatim per fricationem precalefaciens: premoliat quidem solida: ⁊ presubtiliet humida: ⁊ poros dilatauerit: periculum nullum est: nec rumpi aliquam viam: nec poros obstrui eis qui exercitantur. Fricet igitur sindone totum corpus: quousqꝙ moderate calefiat. Sufficiant autem plures manuum circunductiones ad hoc vt corpus calefiat: absqꝙ oppressione enormi. Etenim his fientibus apparebit rubor bene floridus: bene supercurrens sup totum corpus: et tunc est: tẽpus superinfundere liquorem olei: ⁊ fricare nudis manibus: fricatione media inter duriciem et molliciem: sic ꝙ corpus non collidatur: stringatur: vel exoluatur plus debito: sed in sui natura custodiatur. Nec autem fricatio que preparat ad exercitium in primis debet esse in immissionibus manuum leuiter: deinde paulatim augeri et ad fortius ducere: vt cõ primatur quidem caro manifeste autem non constringatur. Nec autem fortis fricatio est quidem non multo tempore: sed semel vel bis in vno quoꝙ membro fienda. Si enim amplius fieret corpus indurar etur: et in

Quõ exercitium mensurari debet.

his qui augentur augmentum impediretur. Est autem hec fricatio fienda secundum omnem differentiam positionis: longum: latum ⁊ transuersum quantum est possibile vt vniuersi musculorum nerui ex omni parte fricentur: et ad exercitium preparentur: poros scilicet dilatando: et solidare: et spissa rarefaciendo ⁊ rara inspissando: ⁊ mollia indurando. Quantitas autem et qualitas et modus circa exercitium in sanitatis regimine offerendus certis litteris denotari non possumus: sicut nec quantitas cibor um offerendorum. Nam secundum diuersitatem complexionũ: ⁊ habitudinum: et etatum, regionum: regiminum: et consuetudinum: aliter et aliter exercitium est mensurandum. Sunt enim quidam indigentes exercitio fortiori: maiori: vehementiori: et velociori: et isti sunt qui vruntur cibo ampliori: et sunt fortium virtutum seu complexionum animalium motiuarum: habentes lacertos et neruos fortes: et iuncturas aptas: siue cõ

Scõm diuersitatẽ cõplexionis diuersificat regimen.

uenientes ad motum: et cum hoc non habent calorem naturale consumptium nimis fortem. Talibus inꝙ competit exercitium maius fortius ⁊ velocius ⁊ similiter vehementius. Illis autem in quibus deficiũt alique istarum conditionum enumeratorum non competit exercitium adeo forte. Verbigratia. Ponamus ꝙ deficiat vltima conditio ⁊ ꝙ sit homo habens calorem fortem acutum multum cõsumptiuum et cum hoc habeat omnes conditiones priores talis vtiqꝙ nõ indiget exercitio adeo magno nec ita forti et similiter intelligatur in alijs conditionibus. Et si sit reperire aliquem in quo omnes conditiones deficiant ⁊ opposite reperiantur scilicet qui parum comedat et eius animales virtutes motiue sint debiles et similiter organa ad motum deputata et cum hoc habeat calidita-

Digitized by Google

tem fatis consumptiuam talis vtiq; indiget minimo exercitio. Et per extrema potes de medio iudicare quid sit faciẽdum. Quantitatem igitur exercitij offerendi similiter ⁊ qualitatẽ sola ratione cognoscere experientia pretermissa multum difficile est. In experientia igitur consideremus quomõ se habeat exercitat⁹ in prima die ⁊ secunda ⁊ sic deinceps. Optima enim natura mensuras omniũ offerendorũ manifeste adepta est. Tãtum enim appetit exercitium et taliter quantũ ⁊ qualiter eidem est oportunum. Et similiter intelligatur circa cibos et somnum ⁊ sic de alijs que nostris corporibus offerũtur propter regimen sanitatis. Quod vtiq; verum est supposita bonitate morum. Nam propter malitiam consuetudinis ⁊ morũ natura temperata potest appetere quid quale et quantũ qõ eidem non est conueniens. Sed lapsi multum mensuras exercitioꝝ et cibozum minime naturaliter sunt adepti. Quidã enim appetunt plus exercitari quam oporteat et quidam minus. Sunt enim quidam naturaliter fleumatici ⁊ in quoꝝ corporibus frigidi continentur humores et qui frigore recenti sunt congelati ⁊ ociosi effecti sunt. Hi eñ appetunt minime moueri et exercitari sed sunt somnolenti ⁊ ad ociũ naturaliter inclinati: et tales exercitando non debent insequi naturalem appetitũ. Sunt etiã quedam calidiores ⁊ humidiores vel naturaliter vel accidentaliter ⁊ cũ hoc sunt apti ad motum ex membrorum lenitate et organorum abilitate Hi vtiq; plus appetunt exercitium ⁊ in eodem plus delectãtur ℈ oporteat carum complexionibus. Isti ergo vt immediate dicti non debẽt ꝑpzium appetitum imitari in mensura exercitij. Hora diuersitatis est hec causa: quia secundum ℈ virtus celestis inuenit materiam dispositam sic operatur in illam. Quantitas autem exercitij quam litteris possum⁹ describere est quousq; homo sudare incipiat ⁊ anhelit⁹ augeri ⁊ color corporis rubefieri ⁊ mẽbra lassari incipiũt ⁊ tumor mẽbroꝝ diminui. His enim apparẽtib⁹ debet cessari ab exercitio: ⁊ elegi debet exercitiũ temperatũ scõm exigentiã illius qui exercitatur: ⁊ vniforme: ⁊ equaliter in quo omnia membra exercitantur: ⁊ huiusmodi est exercitiũ parue pile. Exercitium enim fortius corpus nimis euacuat: ⁊ debilitatem inducit: et hoc bñ manifestatur in exercitantib⁹ se forti exercitio. Exercitium autẽ debile euacuatur: dũ nõ euacuat nec põt ꝑ ipsum ꝙsumi qõ dissolutum est: ʒ exercitium proportionatum proportionabiliter cõsumit ⁊ dissoluit: ⁊ substãtiã membrorum augmentat ⁊ corpus impinguat: et vniuersaliter temperatum ⁊ proportionatũ exercitiũ cõseruande sanitatis est mirabilis causa. Et malicia que propter priuationem accidit exercitij manifestatur in incarceratis: quia eorũ facies cacochimice fiunt: ⁊ eoꝝ color est impurus ⁊ omnes operationes eoꝝ sunt lese. Et hoc non soluꝫ accidit hominibus: sed auibus cantantib⁹ sicut volucribus in cauernis detentis. Exercitiũ autem quod vni est forte ⁊ improportionatum: alteri est debile: ⁊ alteri proportionatum. Huius autem cognitio ab experientia dependet ⁊ ratione. Si autem aliquis exercitetur alio modo quam exercitio parue pile puta peditando: equitando vel nauigando: semper est laborandum ℈ omnia membra corporis exercitentur: siquidẽ in quolibet mẽbro est superfluitas tertie digestionis: que per exercitium solet euacuari. Quod si ꝙs exercitatur peditando: bonum est interdũ inclinari: ⁊ lapides manib⁹ leuare: ⁊ interdũ proijcere: ⁊ interdũ caput elenare exꝰsus posteriora: ⁊ retro

De incarceratis.

respicere. Et interdum membra extendere et anhelitum continere: ⁊ musculos ventris aliquantulum extendere. Nam anhelitum retinendo confortatur naturalis calor ⁊ pori aperiuntur: ⁊ per eosdem superfluitates expelluntur. Debet autem anhelitus retentio esse cum extensione musculorum pectoris: sed extentio musculorum ventris debet esse parua. Nā per hanc extensionē superfluitates pectoris ⁊ pulmonis ad membra nutritiua expelluntur: et per extensionem musculorum ventris superfluitates vlterius inferius expelluntur. Sed habentes debile dyafragma ca-

Retentio anhelit⁹. ueant a constrictione anhelitus: ne superfluitates ad cerebrum mittant: vt bene apparet in his qui multum laborant in sufflando instrumenta rubarum: in quibus vene inflantur in facie: et eorum facies rubedinem adipiscuntur. Modi exercitiorum sunt valde multi: quos hic omnes enumerare non oportet. Solum autem hic dicemus generales modos exercitiorum: et eorum exempla ponemus ex quibus poterunt speciales modi sufficienter intelligi. Dicamus igitur ex primo q̄ de numero exercitiorū quoddam est exercitium solum: quoddam autem exercitiū ⁊ opus. Exēplum primi: vt ludus parue pile. Exemplum secundi: vt fodere: rarare et domificare. Amplius exercitiorum quoddam est vniuersale totum corpus occupans: et aliud est particulare. Exemplum primi: vt ludus parue pile: et peditare. Exemplum secundi: sicut vox est exercitium pulmonis: et stare super pedes est exercitium dorsi: et scribere est exercitiū manus et texere pedum pro parte ⁊ tibiarū ⁊ sic de singulis. Ampli⁹ quoddam exercitium est magnum quoddam paruum: quoddam mediocre. Exemplum primi: vt ambulare longam viam: vel luctari longo tempore. Exemplum secundi: vt luctari breui tempore: vel ambulare paruam viam ⁊ breuem. Exemplum tertij: vt ambulare mediocrē viā: vel luctare tempore mediocri. Exercitium magnum est causa maciei. Mediocre causa est augmētationis rēperare in carne ⁊ calore naturali: sed exercitium paruum aliquantulū calefacit. Amplius exercitiorū aliud est velox aliud tardū: aliud mediocre. Exemplum primi: quādo aliquis currit velociter. Exemplum secundi: quādo aliquis mouetur lente. Exemplū tertij: quando aliquis mouetur mediocriter. Exercitium velox primo calefacit et postea corpora inspissat ⁊ indurat: sed tardū corpora remollit et poros aperit: mediocre vero corpa in sua natura cōseruat. Ampli⁹ quoddam est exercitium forte aliud debile aliud mediocre. Forte dicit dupliciter. Vno modo ex eo q̄ motus velox coiungitur magnitudini. Verbigratia. Si quis currit longuam viam velocissimo cursu tale vtiq; dicit exercitiū forte. Et ex hoc patet quid est debile ⁊ mediocre. Et etiā patet ex his que fit oratio exercitij fortis isto modo sumpti ⁊ debilis: et mediocris. Alio modo dicit exercitiū forte ex resistentia passi: ⁊ in tali exercitio non cadit velox ⁊ tardum. Verbigratia. Eleuatio magni oneris et similiter luctari cū forti bene resistenti: ⁊ vniuersaliter operari circa materiam q̄plurimum resistentem ⁊ non bene obedientem est exercitiū forte. Non quia in eo coniungatur velocitas magnitudini: sed ex resistentia materie. Et ex hoc patet quid est exercitium debile ⁊ mediocre. nā quando materia nō resistit est debile: et quādo mediocriter resistit est mediocre. Et operationes istorum exercitiorum patent ex dictis sufficiēter. Et postq̄ aliquis q̄ modum supradictū sufficienter fuerit exercitatus frica-

Digitized by Google

tio fieri debet. et hec fricatio debet esse multa ad asperitatem declinans propter duas causas: Una est vt superfluitates subcutanee emundentur que ab exercitio sunt transmisse. Et alia est vt corpus solidetur et vapores boni retineantur: vt ab his que ab extrinseco accidunt non alterent. Et debet hec fricatio simul ac velociter fieri: immo si totū corpus simul et semel exalarent. Et bonum est vt hec fricatio fiat cum oleo dulci. Et sic patet q fricatio fienda est ante exercitium et post: ad diuersas intentiones. Vnde fricatio ante exercitium debet esse mollis ⁊ lenta vt duricies non operetur. Sed illa que fit post debet esse multa ⁊ ad asperitatē declinans. Hec breuia sufficiant. Fricatio post ⁊ ante exercitium.

¶Capitulum tertium de fricatione.

FRicatio intentionem habet in superfluitatū tertie digestionis enacuatiōe sicut est exercitium. Et similiter in caloris membrorum confortatione et ad multa alia. Ū sermonem de fricatione in precedēti capitulo inchoatum complere volumus in isto breui capitulo. Primo igitur dicemus fricationis vtilitates propter quas competere potest in sanitatis regimine. Secundo dicemus fricationis tempus et mensuram ⁊ modum. Tertio dicem⁹ fricationis modos et species generales. ¶Sciēdum igitur propter primo q preter vtilitates fricationis dictas in capitulo precedenti preparātis ad exercitium sunt ipsius fricationis plurime alie vtilitates. Est igitur ipsius exercitij vna vtilitas cōmunis: pura expulsio superfluitatū tertie digestionis. Vnde in his qui exercitari nō possunt propter corporis debilitatem vel propter infirmitatem alicuius membri specialis vel ꝓpter incarnationem non est fricatio negligenda. Nam per frictionem materia subtiliatur: pori aperiuntur et calor in membris confortatur: ⁊ sic superfluitates liberius expelluntur. Et per consequens membra perfect⁹ nutriuntur: ⁊ appetitus vigoratur: siquidem naturalis appetitus incipit a membris tertie digestionis. Amplius sciendum est q per fricationem membra rara inspissantur et spissa rarefiunt ⁊ dura mollificantur: ⁊ mollia indurantur ⁊ temperata in sua naturalitate conseruantur. Corporib⁹ igitur raris competit exercitium non solum propter expulsionem superfluitatū et reliqua que dicta sunt: sed vt aliqualiter inspissentur: ⁊ minus passibilia efficiantur. Et similiter suo modo intelligatur de corporib⁹ spissis ⁊ duris ⁊ mollibus. Amplius est alia vtilitas fricationis. Nam per eam lassitudo a membris remouetur. Ū hec fricatio est bona post exercitium immoderatum ex qua aliquis incurrit lassitudinem. Amplius fricatio iuuat cum tempus est dormiendi: quoniam corpus alleuiat ⁊ humiditates adiuncturas fluere prohibet. Vltrum autem sollicitari debem⁹ ne puerorum corpora fricentur cum duricia et asperitate ne forsan ab augmento impediantur. Tempus fricationis que fit propter expulsiōē superfluitatum idem est cum tempore exercitij. Et non loquor de fricatione preparāte ad exercitium: sed de fricatione supplente vices exercitij. Et est diligenter notandum q secundum diuersitatem complexionum ⁊ habitudinum et cererorum naturalium ⁊ non naturaliū diuersus est vsus fricationis et mensura ⁊ modus: vt superius dictum est de exercitio. Ū considerandū est non solum in ratione sed etiā in experientia: vt de exer- Vtilitates fricationis. Capitulo de motibo.

Digitized by Google

Species fricatiois

citio est declaratū. De speciebus autem fricationis in generali dicendus est q̄ sunt sex simplices: nouem compositę. Sunt enim tres simplices secundum quantitatem: puta multa pauca ⁊ mediocris: ⁊ tres secundum qualitatem: puta aspera: lenis ⁊ mediocris. Vel possunt nominari si placet fortis debilis et mediocris. Fricatio multa est causa maciei corporis et temperata carnes augmentat temperate: sed pauca in augmento operationem non habet: sed aliquantulum calefacit. Operatio fortis ⁊ aspera fricationis est obturatio pororum et duricies corporum. Sed debilis et lenis operatio est apertio pororum et asperitatum corporum remollitio: et media medium tenet inter has. Ex his simplicibus autem proueniunt nouem compositę. Nam fricatio multa potest componi cum forti debili et mediocri ⁊ sunt tres. Et similiter pauca potest componi cū forti debili et mediocri ⁊ sunt sex cum primis. Et similiter temperata inter paucam et multam potest componi cum debili forti ⁊ mediocri inter fortem et debilem ⁊ sunt nouem cum primis. Et quid iste fricationes cōpositę in corporibus operētur: satis haberi potest ex simplicib⁹. Que etiā species fricationis quibus corporibus competant satis haberi potest ex his que dicta sunt de exercitio in capitulo precedenti.

¶ Capitulum quartum de balneo.

Post considerationem exercitii et fricationis sequitur consideratio balnei: ex hoc q̄ balneum membra exteriora lauat a sordicie que in superficie membrorum per exercicium forsan est derelicta. Amplius si aliquid sit derelictū subcute quod per exercitium ⁊ fricationem non sit sufficienter resolutum de superfluitatibus tertie digestionis: per balneum resoluetur. Nam balneum resoluit ea que sunt propinqua cuti. Amplius in his qui exercitari non possunt vel propter membrorum debilitatem vel propter incarcerationem vel aliam impotentiam balneum aliqualiter supplet vices exercitij. Amplius balneum membra exteriora calefacit ⁊ humectat tēperate que forte per exercitium et fricationem fuerunt aliqualiter desiccata et in frigidara. Unde satis est rationabile post exercitium ⁊ fricationem de balneo determinare. Sunt autem ipsius balnei aliqua inuamenta pura somnum prouocare: opilationes aperire: ⁊ ventrē resoluere et digestionem confortare: et nutrimentū ad cutis superficiem attrahere ⁊ ventrem interdum cōstringere: et fatigationem remouere. Amplius balneum interdum calefacit interdum infrigidat: desiccat ⁊ humectat. Calefacit quidem obuiatione prima sua actuali calitate aeris ⁊ aque: digestionem humoris frigidi confortando sed infrigidirat resoluendo plus debito calorem et spiritum essentiali frigiditate aque. Unde et si aqua est actualiter siue accidentaliter calida: naturaliter tamen est frigida. Unde ex longa sui applicatione ad corp⁹: corpus infrigidat ⁊ effeminatum facit. Amplius sua humiditate calorem suffocat naturalem et hebetat. Et sic corpus infrigidat. Amplius balneum sua humiditate corpus humectat: similiter attrahendo alimentum ad membra: sed resoluendo desiccat et poros aperiendo ex qua apertione calor simul cum humido exalat. Amplius scias q̄ balneū indebite administratū et quib⁹ nō oportet habet plurima nocumēta inferre homini: puta cor debilitare si multum

Nocumē balnei.

Digitized by Google

quis moram in eo fecerit et nauseam ⁊ syncopim inducere ⁊ humores de tos mouere: ⁊ ad putrefactionē preparare: ⁊ cū hoc eos ad mēbra debi lia declinare. Ex accidūt apostemata in occulto mēbrorū: ⁊ in superficie eo rū. Et comedēdi desideriū deūcit: ⁊ coctūdi debitat virtutē. Ex possum⁹ cōcludere ꝙ corpora humana multū repleta humoribꝰ ⁊ habētia stoma chum ⁊ cor debilia ⁊ neruos debiles ⁊ iuncturas non debēt longam mo rā in balneo trahere. Amplius scias ꝙ interdū balneo vtimur in regimi ne sanitatis ad carnē in pinguedine minuendā et interdū augmētandam. Balneum em̄ in ieiuno administratū corpore existente famelico corpora macrescere facit. Et balneū cito post cibum completa prima digestione et inchoata secunda multū iuuat ad impinguandum. Debemus autē eli- Electio gere balneum cuius fabrica est antiqua: et cuius aer est amplius ⁊ aqua balnei. dulcis. Et debet balneator mensurare ignem scōm naturam illius q̄ bal neum vult ingredi. Et diligenter notandū est ꝙ balneū suo aere calefa cit et dissoluit: ⁊ sua aqua humectat: ⁊ interdum infrigidat. Unde q̄nq̄ aer sit humidior aqua tamen aqua plus humectat. Et hoc contingit ex hoc ꝙ corpori perfectius adheret ⁊ applicatur. Et hoc etiā contingit: q̄ aer naturaliter est calidus: ⁊ etiam virtute stellarum semper aliquid re soluit a nostris corporibus coadiuuante eius subtilitate. Debent autem in balneo bene ordinate esse tres case. Quarum prima est infrigidans et humectans: scōa calefaciens ⁊ humectās: ⁊ tertia calefaciēs ⁊ desiccās Corpora igitur temperata in quibus nō queritur resolutio sed solum tē perata calefactio ⁊ humectatio non indigent tertia cas: sed prima ⁊ se cunda: sed corpora in quibus queritꝫ resolutio ⁊ corpis macratio vel de siccatio indiget tertia cas. Tempus autē balneandi in sanitatis regimi Tēp⁹ bal ne est post exercitiū et ante cibū. Hec statim post exercitium aliquis est neandi. balneādus donec membra pfecte quiescant. Si autem queramus resolu tionem superfluitatum morandum est plus in balneo: ⁊ quousq̄ appareat aliqualis contractio in pulpis digitorum. Quod si solum queratur mē brorum calefactio ⁊ humectatio: minor mora erit in balneo: ⁊ statim cum mēbra incipiūt rubere ⁊ notabiliter calefieri: cessabitur a balneo. Et non erit multū irrationabile corpori bene carnoso: etate media: ⁊ sufficienter calida super infundere aquam non calidam: sed tepidam. Ex hoc em̄ cali ditas et humiditas roborantur in membris. Multum autem caueri de bet ꝙ in exitu balnei non bibatur aliquid vehementer calidum: nec vehe menter frigidum. Nam primum perducit ad erbicā ⁊ paralysim. Secun Balnei dum autem corrumpit virtutem membrorum principalium: ⁊ forsan per coitus. ducit ad hydropisim. Amplius in exitu balnei sollicitus esse debet de ca pitis coopertura ⁊ totius corporis: ⁊ specialiter in hyeme: ne corpus ex ponatur ad recipiendum frigiditatem: ad quam paratum est propter po rorum aperitionem inductam a balneo. Sunt autem quidem qui ingre- Colerici. di balneum in ieiuno dubitant ex eo ꝙ colera in eorum corporibꝰ augea tur: ⁊ his competit ante ingressum balnei recipere bucellam panis in tin ctam in succo granatorum vel in vino multum lymphato. Et sunt alij qui ex ingressu in balneum: ⁊ specialiter post cibum opilationes incurrunt: ⁊ his competit bibere oximel vel syrupum acetosum cum radicibus si sint calide complexionis: vel dyatriomperon: vel dyamēthastrum si sint frigi de complexionis. Balneum autem ex aquis sapientibus naturam fa-

Digitized by Google

macorum vel metallorum nullo modo competunt in sanitatis regimine: sed bene competunt in cura multorum morborum. Sed quia non intendimus de egritudinum cura: de his balneis nullam faciemus mentionē. Amplius est diligenter notandum q̄ in sanitatis regimine interdum fit stupha: et interdum balneum. Balneum non potest fieri sine aqua sed stupha bene fit in aere sine aqua. Et huius proprietas est magis resoluere q̄ humectare: immo talium stupharum proprietas est multum resoluere: et maxime superfluitates exterius existētes. Et quia in talibus stuphis interdum ponuntur herbe secundū diuersitatē herbarum in eis positarū diuersi sunt earum effectus: quandoq̄ enim multum calefaciunt: ⁊ similiter exsiccant: et competunt in multū frigidis ⁊ humidis. Quandoq̄ multum calefaciunt ⁊ non multum desiccant. Quandoq̄ non multum calefaciunt: sed multum desiccant secundū q̄ sit medicus ordinare cognoscens virtutes simplicium ingredientium stuphas et modum mēsurandi ignē scōm exigentiam eius qui stuphari debet. Sed bene scias q̄ nullomodo debet fieri stupha corpore existente plectonico: nec immediate post cibū. nam corpore existente plectonico per stuphas humores discurūt et ebulliunt et preparantur ad putrefactionem: ⁊ possunt apostemata causari in membris occultis et manifestis. Et si aliquis stupheturr post cibū immediate impeditur cibi digestio ex eo q̄ calor mouetur a centro ad circunferentiam. Et sic calor mouetur a loco digestionis: et per consequens digestio debilitatur et alimentum trahitur indigestum ad membra ⁊ possunt causari opilationes: apostemata: febres et curis defedationes ⁊ hydropes. Alterius diligenter notandum q̄ balneum quo indiget corpus temperatum supposito conuenienti exercitio ⁊ sufficienti ⁊ similiter fricatione non est nisi ad abstergendū sudoris vestigia per exercitium derelicta et ad calefaciendum ⁊ humectandū membra temperate. Vnde tale balneum debet esse ex aqua repida vel quam solis feruoribus estas calefacit. Non enim debet esse notabiliter calida. Et bonum est q̄ in balneo proiciantur rose vnico feruore bullire. Notandum q̄ columne pedus ad conseruationem visus et auditus ⁊ memorie sepe lauari debent atq̄ fricari cum aqua moderate caliditatis ⁊ talis lotio fieri debet in sero circa introitum lecti longe a cibo ⁊ specialiter diebus illis quibus non cenare contingit. Amplius capitis lotio non tardetur vltra viginti dies: nec fiat in hebdomada plus q̄ semel et nunq̄ stomacho repleto ſ3 ante prandiū vel longe post ipsum ⁊ ante cenam si proponatur cenare.

Indigestio cibi.

Lotio pedum multum prodest.

Capitulum quintum. De coitu.

Coitus scōm veritatem iuuamētum habet in expulsione superfluitatū tertie digestiue quare comperit in sanitatis regimine. Vnde non approbo opinionem dicentium coitum non conuenire in sanitatis regimine sed bene verum est q̄ coitus non habet necessitatem sicut exercitium cibus ⁊ potus et similia. Hec enim cōmunia sunt cuilibet etati: sed coitus soli adolescentie. Immo etiā adolescentes possunt viuere sani sine vsu coitus sicut apparet in multis viris venerabilibus qui toto eorum tempore viuunt continenter ⁊ sani: sed saniores essent si vterentur coitu moderato. Nam superfluū alimenti in quanto et non in quali quod post eius fermentationem in valis semi-

Coitus expellit superfluitates corporis.

Digitized by Google

narijs sperma nominatur coitu conuenientius expellitur: nec est alia via cõuenientior. Unde periculũ est si per coitum nõ expellatur ꝙ putrefiat et ad aliquod simile veneno ꝯuertetur ⁊ causabit pessimas egritudines et tandem mortẽ. Per exercitium enim ⁊ balneũ ⁊ fricationem expellũtur sup̄fluitates membroꝝ tertie digestiue: superfluitates quidẽ mẽbrorum et impuritates que sunt sup̄fluitates in quali. Sed est quedã membrorum tertie digestionis superfluitas quedã puritatis et purissima ad cõseruationem speciei ordinata hec autem conseruata per coitum expellitur in animalibus perfectis. Nec est alia via magis cõueniens ad hanc superfluitatem expellandã: quia non sufficit exercitium: fricatio vel balneum: et specialiter cum talis materia est fermẽtata in vasis seminarijs Et sic patet ꝙ coitus est iuuatiuus in sanitatis regimine. Sunt autẽ ipsius coitus alia iuuamenta specialia q̃ plurima. Corpus enim repletũ alleuiat ⁊ animam hylarem et quietam facit: iram quoq̧ sedat ⁊ sollicitudinem remouet. Immo quãdoq̧ eius occasione quis a melãcolia sanatur: et appetitum cibi confortat ⁊ somnũ inducit. Amplius si quis amore mulieris tm̃ tristetur vt quasi ad mortem deueniat vtatur multo coitu licet ea nõ potiatur quã diligit sedat̃ eius furiosus amor. Amplius coit⁹ moderatus caput alleuiat omnesq̧ sensus. Et nõ solum cõfert in sanitat̃ regimine: sed etiam in cura multarũ egritudinum. Sed qꝛ non intendimus in hoc ope de egritudinũ cura: de huiusmodi vtilitatib⁹ nullam penitus faciemus mentionẽ. Ex dimissione autem coitus specialiter cõsuetis accidit corporis grauitas ⁊ frigiditas ⁊ difficultas motuum ⁊ finaliter ex coitus dimissione ⁊ spermatis abũdantia ⁊ frigore ip̃ius ⁊ eius ꝯuersione ad venenositatẽ accidit: vt sp̄ma mittat ad cor ⁊ cerebrũ vaporẽ malum ⁊ venenosum sicut accidit mulierib⁹ ex coartatiõe matricis. Et ẽ notandũ ꝙ sicut coitus moderatus habet plurima iuuamẽta: sic et imoderatus ⁊ quib⁹ non cõuenit infert plurima nocumẽta. Inducit em̃ plus debilitatẽ om̃i alia euacuatiõe ⁊ appetitiue destructionẽ ⁊ oculoꝝ cõcauitatem ⁊ cerebri ⁊ sensuũ in eo situatoꝝ debilitatẽ. Corp̄a autẽ habẽtes sicca: a coitu cauere debẽt vt ab inimico mortali quo si q̃s multũ vsus fuerit ethicã incurret. Etiam cõualescentes ⁊ debiles ⁊ macri ⁊ quoꝝ ventres ⁊ illa subtilia sunt: ⁊ quoꝝ nerui sunt debiles ⁊ vene stricte coitũ omnino euitare debẽt. Coitus em̃ multus ⁊ frequens neruis nocet ⁊ oculos ledit ⁊ vires corpoꝝ destruit ⁊ ad seniũ cito adducit: vñ parum competit senib⁹. Corp̄a autẽ fortia ⁊ grossa sanguine plena: ⁊ venas amplas: ⁊ colorem rubeũ habẽtia ⁊ pilos multos sunt sufficiẽtia ad actũ coeundi: et specialiter in fine adolescẽtie ⁊ maxime si vtãtur nutrientib⁹ ⁊ augmentantib⁹ sp̄ma ⁊ bibũt vinũ dulce ⁊ grossum ⁊ multũ dormiãt. Et est diligenter notandũ: ꝙ coitus q̃ cõuenit in sanitatis regimine debet esse a sano desiderio et naturali qd̃ quidẽ desideriũ nõ excitat appetit⁹ aut intuitus/aut prurit⁹/aut ardor/aut fortis imaginatio: sed cõmouet ip̃m multitudo sp̄matis ex repletione cũ sp̄ũ ventoso ⁊ ad hoc iuuat sanitas virtutis. Debet autem q̃s intantũ vti coitu ꝙ eius appetit⁹ cõfortetur ⁊ sentiat se leuiorẽ et magis gaudentẽ. Nõ debet aliq̃s vti coitu corpore repleto cibo vel post cibũ immediate sicut nec tũc est exercitandũ: nec corpore existẽte multũ famelico. Hoc em̃ magis est p̄necans calorẽ naturalem ⁊ magis trahens ad liquefactionẽ ⁊ ethicã ⁊ arefactionẽ. Et si con-

Amor hereos.

Coit⁹ debet fieri a naturali appetitu.

Digitized by Google

tingat aliquem immediate coire post cibum oportet prius ipsum mouere paulatim vt cibus descendat et nō natet: deinde dormiat. Hora autem coeūdi est post cōplementū prime ⁊ scōe digestiue: et tertia iam incoata: ⁊ debet expleri coitus ante exercitiū ⁊ fricationē. Et si aliquis in principio noctis esset in tali dispositione tunc esset hora ad coitum cōuenientissima. Nam somnus succedit ei longus ⁊ accrescit cum eo virtus ⁊ semen figitur in matrice: ⁊ sic cōceptio fit facilior ⁊ ex coitu minor inducit debilitas. Amplius q̄ vult coire nō debet esse vehemēter calefact⁹: nec infrigidatus licet post calefactionē minus noceat q̄ post infrigidationē. Amplius coitus euitari debet post oēs euacuatiōes fortes: sicut post vomitum ⁊ fluxū ventris ⁊ fleubothomiā ⁊ post fortes motus corporeos. Et similiter cū instat post fortē irā: vel tristiciā: vel post forte gaudiū: et sicr tēpus emissionis stercoris ⁊ vrine. Ampli⁹ mulieres pregnātes dubitantes abortum: euitēt coitū: sicut prius dixi. Amplius in actu coeūdi nullo modo retineatur spma. nam hoc pducit ad destructionē vnius vel duor testiculor. Amplius diligēter est notandū: q̄ in coitu sunt figure incōuenientes ⁊ cōtra legem ⁊ mores ex quibus corpora possunt icidere in maximum nocumentū sicut si ascendat mulier supra virum mala est figura: ex ea em̄ timetur inflatio ⁊ vlceratio virge et vesice propter laborē ejectionis spermatis ⁊ dubitatur cur sus alicuius in virgam ex parte mulieris. Hec igitur coitus figura penitus est fugienda. Conuenientē autem figuram coeundi ⁊ vtilem ad cōcipiendū dixi in capitulo de regulis appropriatis sexui femineo. Amplius scias q̄ coitus cū infantib⁹ ⁊ masculis est fedus ⁊ abominabilis in lege phibitus ⁊ ex vna parte est nocibilior ⁊ ex alia minus nociuus. Nocibilior quidem quia natura indiget in tali coitu motu plurimo vt sperma educatur: et minus nociuus est q̄ minus expellitur de spermate q̄ cum muliere ⁊ cum minori delectatiōe. Et enim delectatio magna in coitu vna est de causis inducentibus debilitatem: et ideo qui plus in coitu delectantur plus debilitantur.

Modus coitus.

Capitulum sextum. De comestis ⁊ bibitis.

ORdo naturalis expostulat vt post predicta determinetur de comestis ⁊ bibitis si quidē post exercitiū et balneū ⁊ coitum cibus est necessari⁹: similiter ⁊ potus. Primo igitur determinabitur de cibo et potu in generali. Scōo autē de singulis manerieb⁹ ciborum ⁊ potuū in speciali vt nostra doctrina sit sufficitior et vtilior. Post em̄ exercitiū coitum ⁊ balneū corpus remanet inanitū cui deberur refectio. Vnde videmus q̄ post talem inanitionē sequitur cibi appetitus ⁊ desideriū. Naturalis enim appetitus incipit inanitione membror ⁊ terminat ad inanitionem factam versus orificiū stomachi ad quā sequitur sensus talis inanitionis que fames appellatur ⁊ desiderium. Et hmōi fames inducitur ad ostendendū necessitatem cibationis. Post hoc ergo desideriū nō est tardanda cibatio eo q̄ famē tolerare: stomachū repler malis humoribus. Attrahit em̄ stomachus ex vicinis partibus qua retinent quod melius et vtilius est: ⁊ dimittunt abire quod peius est ⁊ inutile. Vnde videmus manifeste q̄ famē tolerantes multas aquositates emittunt ab ore ⁊ sa-

Cibatio nō est tardanda: p⁹ desideriū

Digitized by Google

tis cito desinit eorum appetitus propter repletionem malam et innaturalem in stomacho causatam. Unde appetitu deficiente non est comedendum sed accipiendū iulep: vel syrupū acetosum vel aquā calidam et tantum est ieiunandū donec appetitus venerit vel excitetur. Et redeat q̄b⁹ recte peractis cōmestio subsequi debet. Et est valde cauendū ne stomachus adeo repleatur q̄ tendatur siue torqueatur ꝛ multū grauetur ꝛ anhelitus angustietur ꝛ pulsus velocitetur. Et similiter repletio nauseatiua et fastidium inducens multū est euitanda ꝛ specialiter ex malis nutrientibus. Nam si fastidium sit ex grossis nutrientibus pueniunt iunctura rum dolores ꝛ renum ꝛ podagra ꝛ asma ꝛ grossicies splenis ꝛ epatis et vniuersaliter egritudines fleumatice ꝛ melācolice. Et si fastidium sit ex humoribus subtilibus proueniunt febres acute ꝛ malignę: ꝛ apostemata multum acuta. Multum igitur euitanda est repletio nauseatiua. Non igitur est comedendū quin locus remaneat vacuus in stomacho: nec ex toto debet desiderium sopiri: sed retineri debent aliqui reliquie appetitus et hoc specialiter est obseruandum in habentibus appetitum fortem Sunt enim quidam quorum appetitus naturaliter inclinans eos multū sopitus est. Et isti forte plus debēt comedere q̄ appetunt. Et in hoc multum considerāda est experientia que omniū rerum scōm dictum cōmune magistra est considerando hoc est aduertendo circa subtilitatem ꝛ q̄titatem cibi quam quantitatem aliquis perfecte et etiam meliori modo sine corruptione potest digerere scōm plures dies. Nam quantitas offerendorum non potest certis litteris denotari. Et si aliquis forsan hāc repletionē nauseatiuā incurrat statim euomat. Et si forsan euomere nō possit somni ꝛ exercitij incrementum recipere debet. Et sumenda sunt q̄ ventrem soluunt: ꝛ sequenti die parum sumendum est de cibo. Amplius multū considerari debet q̄ appetitus non sit ebriosi vel fastidiosi. Talis em appetitus non est preco suscipiendi cibum: vnde recurrendum est alia signa. s. q̄ sentiat stomachum vacuum ꝛ q̄ expulse sint egestiones cibi priozis ꝛ q̄ vrine sint digeste. His enim apparentibus tempus est recipiendi cibum dato q̄ non vigeat appetitus ꝛ specialiter si aduenerit hora in qua consueuit cibari et non acciderit error in priozi cibo vel in aliqua q̄ digestionem impediuerit priozis cibi. Et est diligenter notandū q̄ quidam sunt indigentes plurimo cibo ꝛ quidam pauciori ꝛ quidā mediocri. Nam habentes calozem fortem ꝛ corpus magnū et multum exercitantes et vniuersaliter habentes virtutes naturales cibatiuas fortes indigent multo cibo. Et per oppositum quorum caloz est debilis et corpus paruum et virtutes cibatiue sunt debiles et parum laborantes indigent pauco cibo. Et mediocres inter istos indigent mediocri cibo. Hoc igitur est quod potest declarari de cibi quantitate per rationem. Non tamen debet pretermitti experientia sicut prius de fricatione et exercitio dictū est: et sicut dictum est de multo et pauco sic suo modo intelligatur de subtili et grosso. Nam habētes calozem fortem ꝛ membra dura ꝛ virtutes cibatiuas fortes ꝛ multum laborantes indigent cibis grossiozib⁹ cuiusmodi sunt carnes bouine porcine ꝛ anatū ꝛ simulia. Et p̄ oppositū quorū membra sunt debilia: mollia: humida: ꝛ rara: ꝛ caloz debilis: indigent cibo subtili cuiusmodi sunt ouа fozbilia ꝛ aqua carnis. Et mediocres indigent mediocri cibo. Et iā dico q̄ quidā sunt indigentes cibo multi nutri-

De vacuitate stomachi.

Dieta.

Digitized by Google

menti quidã pauci: quidam mediocris. Homines macilenti quorũ calor est multũ resoluens et laborantes multũ indigent cibo multũ nutriente cuiusmodi sunt oua sorbilia et ouа dura et aqua carnis. Et per oppositũ homines pingues pleni fleumate habẽtes carnes humidas non multum laborantes et habentes calorẽ obtusum et lentum: indigent cibis pauci nutrimenti cuiusmodi sunt olerum genera et fructuũ et caseus et mediocres indigent: mediocri: sicut enĩ se habet extremũ ad extremũ ita mediũ ad mediũ. Amplius sciendũ est q̃ oẽs homes indigent cibo boni nutrimẽti. Unde si aliquis vtatur cibis mali nutrimẽti q̃uis ei forsan in presenti non noceant vel propter cõsuetudinẽ vel virtutũ fortitudinẽ et digestiue bonitatem imposterũ tamen ad malas veniet egritudines. Quidã tamẽ sunt qui propter cõsuetudinẽ et quandã nature ꝓportionabilitatẽ preeligere debent cibum parũ deteriorẽ. Unde si quis consuetus sit vti malo cibo non subito debet mutare cõsuetudinẽ sed paulatim. Quod si forsan consuetudinem mutare non possit ꝓpter aliquam causam ſpecialem bonum est q̃ sollicitus sit in purgando humores qui generãtur a tali cibo ⁊ sic preseruabitur ab infirmitate. Si aũt cibus consuetus ⁊ desideratus nõ fit malicie notabilis nõ mutetur. Nam maliciã paruam corrigit naturam bonitate digestionis et longitudine cõsuetudinis. Sed si fuerit malicia notabilis et magna non est corrigibilis a natura. Unde falsum opinantur credẽtes malũ cibũ notabiliter longitudine tẽporis et bonitate appetitiue posse corpus in sanitate debita conseruare sine operationum sensibili lesione. Dicamus igitur recapitulãtes de cõpositis quod in simplicibus dictũ est q̃ quidã sunt indigẽtes cibo multi nutrimẽti facilis digestionis et boni chymi cuiusmodi sunt ouа sorbilia et aqua carnis et vinum odoriferũ et subtile. Et talia cibaria ꝓpterunt habẽtibus digestionẽ debilẽ et a quorũ corporibus: facta est plurima resolutio cuiusmodi sunt cõualescentes et indigẽtes augmento et vniuerſaliter debilẽ digestiua; habentes: et quorũ corpora sunt multũ resolubilia et calore extrinseco et intrinseco. Alij sunt quibus cõpetunt cibi multi nutrimẽti et difficilis digestiõis: boni chymi cuiusmodi sunt caro animalis agni et ouа dura et similia. Hec enĩ cõpetunt hoibus quoꝝ calor est fortis valde et multũ exercitantibus et habentibus fortẽ digestiuã et mẽbra dura et spissa. Est autem tertiũ mẽbrũ his ꝓtinuũ quod nullis cõuenit iudicio meo pura cibus multi nutrimẽti facilis digestionis et mali chymi pura caro eqna et anarũ et vaccina. Sũt etiã alia cibaria q̃ sunt difficilis digestiõis et mali chymi ⁊ pauci nutrimẽti q̃ etiã in sanitatis regimĩe nõ cõuenĩũt ⁊ huiusmodi est caro salita et salsi pisces. Amplius sunt quidã indigẽtes cibo facilis digestionis et pauci nutrimẽti et boni chymi cuiusmodi sunt lactuca et malagranata et similia. Et hec cibaria cõpetũt corporibus repletis et humidis debilẽ digestiuã habẽtibus a quoꝝ corporibus nõ multa fit resolutio habẽtibus tamẽ appetitũ bonũ. Sunt etiã alia cibaria q̃ sunt subtilis nutrimẽti et nõ multi ⁊ mali chymi q̃ nõ cõpetũt in regimine sanitatis cuiusmodi sunt pulmo et caro aialiũ bzutorũ et sic de siſibus de vtero nouiter egredientiũ. Amplius est cõſideranda cibatoꝝ qualitas actualis et virtualis. Actualis quidẽ qz in hyeme recipiũt cibaria actu calida et in estate frigida et in mediocribus tẽporibus mediocria. Et similiter intelligatur de virtuali qualitate. Nã calida virtualiter cõpetũt in hye-

Mutatio consuetudinis.

Recapitulatio.

Cibaria mali chymi.

Digitized by Google

me:et frigida in estate:et in tpibus mediocribus mediocria. Amplius q̄ multū lapsi sunt in calidos:indigēt cibis frigoribus et ecōtra. Et similiter intelligat in alijs q̄litatib⁹. Amplius dico q̄ illa q̄ possunt esse causa corruptionis digestionis sunt euitanda:puta voracitas cōmestionis et mala masticatio:ferculorū multa iterruptio diuersorū ciborū et potuū in eadē mensa sumptio:et multa potatio: et mala ciborū ordinatio puta si grossa cibaria recipiātur ante subtilia:nā ex hoc corrūpitur digestio: nā subtile digerit ante grossum et nō habens exitū in stomacho pmanet plus debito et sic in stomacho corrūpit et aliū cibū nondū digestū corrūpit. Vnde rationabilius est primo recipere subtilia cibaria et post grossa. Si enim digerant ante grossa descendēt a stomacho et grossa remanebūt in stomacho vsq; ad pfectā digestionē. Māvia q̄ patet subtiliori nō patet grossiori. Sed hic est diligenter notandū: q̄ si aliqs parū comedere velit de grossioribus et multū repleri de subtilioribus tūc puto rationabili⁹ esse pretermittere cibaria grossa. Nam in pauca q̄titate eque cito digeri possunt sicut subtilia in magna q̄titate. Vnde in tali casu nō est incōueniens premittere grossa. Si quis aūt sciret ꝓportionare passū ad agēs vniformiter ita q̄ tanta esset diuersitas inter grossum et subtile sicut est inter calorem fundi stomachi et eius oris tunc melius esset ponere grossum in fundo et subtile in orificio: sed q: hoc quasi est impossibile et error qui potest contigere pmittēdo subtile est minor et magis corrigibilis: ideo subtilis p̄mittendus est grosso. Amplius cōsiderandū q̄ cibus primus non sit lubrificatiuus:nā postq̄ erit digestus vel ante digestionē trahet secū aliū cibū indigestū. Amplius est aduertendū q̄ in principio nō sumātur fructus stiptici puta coctana mespila:nam ex hoc possit impediri descēsus cibi a stomacho. Vnde verū est q̄ habētibus ventrē fluxibilē interdū talia cōpetūt in principio comestionis. Et vniuersaliter cōsiderandū est q̄ sanitatis cōseruator:nec fructib⁹ nec oleribus vti debet nisi i pauca q̄titate. Generant enī sanguinē aquosum vaporosum et putrefactioni aptū. Si tamē fructibus vti cōtingit i sanitatis regimine fructus stiptici sunt postponēdi alijs cibis sicut coctana pira:amigdala:castanee:mespila: azuelane. Et fructus laxatiui sunt p̄mittendi: puta uua:ficus:pruna: psica: moza et similia:nec post tales fructus est imediate comedēdus ali⁹ cib⁹ sed parū imorandū et supbibēdū aliq̄d subductiuū vētris puta mellicratū vel vinū dulce vel aliq̄ brodiū subductiuū. Tales aūt fructus marie cōpetūt his qui aliqualē estuationē sentiūt in stomachis eor: vel ꝓpter naturalē cōplexionē vl ꝓpē laborē ⁊ balneū vel aliqlē infirmitatē. Volumus aūt plus loqui de fructibus: q: de his inferius specialiter loq̄mur. Amplius scias q̄ in regimie sanitatis nō multū cōpetūt saporū diuersor: delectamēta ex quibus homo plus de cibo recipit q̄ deberet: vnde talia saporū delectamenta plus cōueniūt egris q̄ sanis. Amplius scias q̄ i regimine sanitatis nō cōpetit aliq̄d medicinale nisi forsan ad p̄seruādū sed non ad cōseruandū. Nā sicut de ꝓprietate cibi est cōseruare sic de ꝓprietate medicine est alterare. Caueat igitur sanitatis cōseruator ne vtatur aliquo sapiente naturam medicinalem ad conseruandum licet bene ad preseruandum. Amplius hora comestionis eligatur frigida:et si non sit possibile eligatur locus frigidus et sint hore cōmestionis tales q̄ post eas homo possit quiescere et tandem dormire. Non etiam immediate

Dieta vitanda.

Cib⁹ primus non sit lubrū cautus dieta de fructib⁹.

Electio fructuū.

Medicinalis cibus ꝓhibet.

Hora cōmestionis.

Digitized by Google

post cibum est exercitandum sed primitus quiescendum et dormiendum: non tamen vituperatur sed laudatur lenta post cibum deambulatio ante somnum vt cibus descendat ad fundum stomachi in quo fit cibi melior digestio. Quod autem iuuat de cibi digestionem est primitus parum dormire super dextrū latus vt cibus descendat ad fundum stomachi: deinde longiori tempore super sinistrum vt digestio perficiatur. Nam decubit⁹ super sinistrum latus plus confert digestioni omni alio decubito. In hoc enim decubitu epar amplexatur cibum in stomacho sicut gallina ouum in pulli generatione et sic cibus in stomacho perfectius digeritur. Sed in fine somni iterum iacendum est supra dextrum vt facilius cibus transeat ex stomacho ad epar et superfluitates digestionis prime facilius descendant. Et est diligenter notandum: q̄ si contingat aliquem a proposito vel casu recipere cibum alicuius male qualitatis: puta acetosum vel salsum vel ponticum satis est rationabile post eundem recipere cibum qualitatis contrarie ad corrigendum maliciam primi: verbigratia: si ḳs recipiat cibaria acuta vel salsa et post talia recipiat ante eorum digestionem res humectantes et dulces vel sapozem non habentes erit conueniens regimē: similiter intelligatur in alijs. Amplius summopere est cauendum q̄ post cibum digestione inchoata non bibatur aqua vel vinum in q̄titate notabili. Hoc enim est de his que digestionis ebulitionem interrumpunt: sicut patet in potu bulliente si super infundatur aqua frigida: nam ab ebullitione desistit. Non est igitur bibendum donec cibus de stomacho descendat. Quod si sitis necessitatem inferat modicum atque suggendo paulatim bibat. Et q̄to plus fuerit frigida tanto minus de ea sufficiet. Amplius scias q̄ bibere vinum post cibum digestione iam inchoata facit cibum descendere de stomacho indigestum et facit accidere opilationes ⁊ earū egritudines et similiter putrefactionem. Amplius scias q̄ vehementer famelicus non debet primo recipere cibum subtilē quod si cōtingat stomachus terrebitur a grosso nec postea grossum recipere aut digerere potest: et sic cibus grossus corrumpetur. In tali igitur casu premittendus est cibus grossus paulatim ante subtilem: non enim postea terrebitur stomochus a subtili. Causa autem huius accidentis est ex eo q̄ in stomacho vehementer vacuo et inanito est calor intensus cui cuius subtilis non est proportionatus. Unde recepto cibo subtili propter stomachi fortē desiderium et cibi subtilis paucam resistentiam dispergitur cibus ad omnes partes stomachi: et sic quedam repletio fantastica causabitur: et sic os stomachi claudetur: et terrebitur natura a cibo superueniente grosso nisi tantum interueniat spacium q̄ predicta repletio fantastica sedetur que non causabitur si cibus grossus recipiatur primitus in stomacho vehementer vacuo et famelico. Nam cibus grossus non dispergitur propter eius inobedientiam ad singulas partes parietum stomachi sicut dispergebatur subtilis. Amplius sollicitandum est in numero cōmestionū: et in hoc est multum considerandā cōsuetudo: et obseruanda vel paulatim si sit mala omittenda. Qui igitur in die semel comedere consueuit non subito se transferre debet ad duas comestiones nec contra: subita enim muratio nocet. Et in hoc multū cōsiderare debet medicus: verum experimentum illud quod potest ratiōe sciri: hic breuiter est dicendum. Quidam enim sunt quibus vnica con-

Famelicꝰ ex grossis cibarijs est reficiēdus.

Regula nūeri cōmestionū

Digitized by Google

mestio in die naturali videtur sufficere: verbigratia: quorū virtutes sunt satis fortes et membra non multum resolubilia. Et parum exercitantes se et qui sufficientem cibum vnica cōmestione sumere possunt: et in humoribus fleumaticis habent habundantiam. Et vniuersaliter quorum corpora humida sunt et cum hoc cibaria quibus vtūtur sint aliqualiter grossa et viscosa et multum nutrientia et non faciliter resolubilia. Talibus enim sufficit cibus semel in die naturali: nisi consuetudo sit ad contrariū Sunt autem alij quibus non sufficit vnica cōmestio in die naturali: sicut illi quorum virtutes sunt debiliores ⁊ calor est fortis ad digerendum et resoluendum: et quorum corpora sunt resolubilia et macilenta et ad siccitatem naturaliter vel accidentaliter declinantia et vtentia cibo subtili facile resolubili et digestibili et in q̄titate minori et cum hoc multum exercitantia. His igitur competit bina cōmestio in die naturali. Mediocribus vero et temperatis sufficit comedere ter in duobus diebus sic q̄ inter vnam cōmestionem et aliam interueniat spacium sexdecim horarum. Sunt autem quidam quibus non sufficit bina cōmestio in die naturali. Sed debent cibari ter vel quater in die: sicut senes conualescentes et pueri et vniuersaliter debiles. Senes enim sunt sicut lucerna extinctioni parata. Vnde si eis cibus non sepe administretur calor consumitur extingutur et si vna vice multum administretur eorum calor suffocatur vnde isti indigent sepe comedere et parum. Conualescentes sunt huiusmodi: indigent enim cibo vt deueniant ad proprium statum: sed quia eorum calor est debilitatus non possunt multum cibum simul digerere. Bonū est igitur q̄ parciatur eorum cibus vt corpus confortetur et calor naturalis non laboret indigerendo et eadē ratio est in pueris. Complexionibus igitur hominum consideratis dicemus q̄ fleumatici melius possunt ieiunare et colerici minime: sanguinei autem et melancolici mediocriter nisi q̄ melancolici magis se tenent ex parte fleumaticorum: et sanguinei ex parte colericorum. Et inter hos omnes temperati mediocres existunt. De etatibus etiam patet q̄ infantes et specialiter animosi minus possunt ieiunare et senes a senectute maxime et mediocres se habent medio modo. Dec igitur sunt que secundum rationem dicere possumus de numero cōmestionum. Est autem diligenter notandum: q̄ sunt quedam cibaria que non sunt simul edenda puta lac et acetum et vniuersaliter acetosum nec lac et pisces: nec lac acetosum cum raphano: nec carnes volatilium post risum conditum cum lacte: nec vti debemus oleo vel pinguedine in condimento ciborum que in ereo existerunt vase. Amplius multum est considerandum quando competunt cibaria grossiora in mane vel in vespere. Et saluo iudicio meliori puto q̄ nisi reuma impediat q̄ vespere grossiores cibus et maior in q̄tate competit et specialiter suppositā noctium longitudine sufficienti: et quod homo dormiat de nocte. Nam digestio fit in quiete: et in somno quiescunt virtutes animales et fortificantur naturales. In somno enim melior fit digestio in stomacho in epate et in toto corpore: sed suspecti de reumate abstineant a cena aut parum cenent et longe a somno. Amplius diligenter est notandum: q̄ aliquis volens sanitatem conseruare non multum bibere debet: nec in principio mense nec in medio sed differre debet potum vsq; prope finem cōmestionis et tunc tantum bibendum est q̄

Senes ⁊ pueri et conualescētes sepi⁹ et paꝝ comedere debent.

Etatū cōsideratio

Grossa cibaria.

Digitized by Google

vera sitis sedetur. Est autē vera sitis quedā estuatio in stomacho causata ex cibo recepto qui habet quodāmodo stomachum calefacere ⁊ exsiccare. Est enī fames appetitus calidi ⁊ sicci: ⁊ sitis frigidi ⁊ humidi: et qz talis estuatio maxime contingit circa finem comestionis. ideo tunc est bibendum ⁊ nō ante nisi parum. Sciendū autem ꝙ triplex est potus: quidam enim est permixtiuus alius sedatiuus: et alius est sitis delatiuus.

Triplex potus.

Potꝰ permixtus.

Potus igitur permixtiuus potest recipi simul cū permixtiuo cibo. Unde saluo meliori iudicio puto ꝙ talis potus non debet differri vsq; ad finem comestionis sed debet recipi in principio medio vel fine. Et iste potus maxime competit quando sumūtur cibaria grossa actualiter sicca et virtualiter sicut patet in laborantibus comedentibus panē siccum. Sed

Potꝰ sedatiuus.

potus sitis sedatiuus regulariter ⁊ in hominibus bene disposītis debet differri vsq; ad finem comestionis. tunc enim est vera sitis propter estuationem cibi calidi ⁊ sicci. Non enī multuz rationabile est ꝙ simul vigeat

Potꝰ delatiuus.

sitis et fames: quia sunt appetitus ad contraria. Potus autē delatiuus maxime cōpetit cōpleta prima digestione: ⁊ tunc regulariter non est malum bibere vt cibus facilius trāseat a stomacho ad epar ⁊ preparet̄ stomachus ad recipiendū alium cibū: ⁊ si forsan continguat aliquē sitire nō precedēte comestione ⁊ sine fame pōt prenosticari a medico sitis illa esse innaturalis: ⁊ in tali casu interdū pōt cōpetere ante cibum: sed qz hoc exit limites regiminis sanitatis nō plus loquimur de isto. Potꝰ autē q̄ regulariter cōpetit in regimine sanitatis nō est aqua sed vinū vel aliquid porportionabile vino: puta ceruesia vel ceruisarium vel pomeriū vel melicratū vel aliquid simile: quibus omnibus vinum est melius. Et quia de

De vino.

his omnibus inferius tractabitur in speciali volo transire. Vinum autē quo vti debemus in regimine sanitatis non sit acutum nec igneum: nec grossum: nec dulce: ⁊ in estate sit album vel roseum: ⁊ in hyeme rubeum vel subrubeum ⁊ sit clarum ⁊ subtile ⁊ saporis amicabilis ⁊ odoris suauis. Et est hic diligenter notandum ꝙ quozundam magistrozum opinio

Opinio aliquoꝝ.

est ꝙ magis eligendum est vinum debile sine aque admixtione: ꝙ vinum fortе cum aqua fractum ⁊ specialiter corporibus temperatis colericis ⁊ sanguineis: sed istozum opinioni nullatenus acquiesco. Nam vina debilia cuiusmodi sunt gallicana multum sunt corruptibilia. Unde facilime corrumpuntur. Et huius rei signū est ꝙ si vinū debile gallicanū dimittatur in aere per noctem in mane inuenitur corruptum. Unde puta ꝙ vinū fortе fractum cum aqua multū est cōueniencius in sanitatis regimine nisi casu in quo vinū debilius nō sit adeo debile ꝙ sit nimis corruptibile in

Nectar non cōpetit.

natura sua sicut vina gallicana. Ex his igitur patet ꝙ nectar non competit in regimine sanitatis in via potus. Et vniuersaliter vina sapientia naturam alicuius farmacozum vel ratione vasis vel ratione permixtionis. Etiam patet ꝙ vinum nouū defecatum seu clarificatum magis competit in regimine sanitatis q̄ vinum antiquū. Et est notandū diligenter ꝙ in-

De siti mēdosa.

terdum aliquis patitur sitim mendosam in qua non estuat orificiū stomachi: sed guttur ⁊ pulmo arescit ⁊ os ⁊ palatū vel propter pulueren aut motum aeris ⁊ calorē ⁊ siccitatem. Et in tali casu nō expedit bibere sed sufficit gargarizare vinū bene lymphatū aut aquaticū ꝓpter partes ꝓdictas humectādas: vel si magis placet succosos fructus masticare ⁊ abicere vel modicum succi deglutire propter gutturis asperitatem ⁊ aridi-

Digitized by Google

talem erit expediens. Amplius scias quod in tali siti interdum iuuat attractio aeris frigidi per os et nares. Et est diligenter notandū: q̄ scōm diuersitates complexionis etatis et sic de singulis attēditur diuersitas in administratione vini vel potuū alioꝝ. Quibusdā em̄ complexionibus cōpetunt vina fortiora ⁊ quibusdā debiliora: ⁊ quibusdā plus quibusdā vero minus: ⁊ quibusdā grossiora ⁊ quibusdā subtiliora. Et similiter intelligitur de etatibus ⁊ alijs. Homines igitur calidioris cōplexionis indigent vinis debilioribus ⁊ subtilioribus ⁊ indigent maiori quantitate. Et homines frigidioris cōplexionis indigent vinis fortioribus ⁊ minoris quantitatis. Amplius habentes neruos debiles indigent vinis debilibus: ⁊ habētes cerebrū forte ⁊ neruos fortes securius possunt vti fortioribus. Amplius debiles indigent vinis ⁊ poribus magis nutritiuis ⁊ fortes minus. Amplius melancolici indigent bonis vinis. Tum quia frigidi ⁊ vinū calefacit. Tū quia tristes ⁊ vinū letificat. Tū q̄ habēt paucos spūs ⁊ eos vinū multiplicat. Quantitas autē mediocris potus quē homo habet recipere in mensa ad sitim sedandam ⁊ ad cibi permixtionē est quattuor librarū minutarū: sicut quidam sapiens testatur ⁊ experientia docet. Sed q̄titas potus offerendi sicut nec alioꝝ potest litteris certis scribi: sed coniectura veritati propinqua. Quidā em̄ sunt quib⁹ sufficit minor quātitas ⁊ quibusdā maior: ⁊ in hoc multū debet attēdi q̄titas cibi ⁊ qualitas. Nam scōm aliā ⁊ aliā cibi q̄titatē ⁊ qualitatem diuersificabitur potus q̄titatis: sicut etiā diuersificat sitis naturalis. Cū q̄ plus comedūt ⁊ cibaria maiorē estuationē in stomacho inducentia plus sitiūt et indigent ampliori potu. Et q̄to sitis est maior ⁊ intēsior ceteris paribus potus debet esse debilior ⁊ in q̄titate maior ⁊ ecōuerso. Amplius in exhibitione potus debet multū considerari q̄litas ⁊ q̄titas stomachi capientis. Habētes em̄ stomachū siccū multū sitiūt ⁊ magnā q̄titatē potus substinere nō possunt. Et q̄uis est de habētib⁹ stomachū humidum Nā isti pauc sitiūt ⁊ magnā q̄titatē potus sustinere possunt. Hec igit̄ generalia sufficiūt de cibo ⁊ potu: q̄ inferius de his tractabit̄ in speciali.

Cōsideratio circa etatē ⁊ cō suetudinem.

Capitulum septimum de somno et vigilia.

Consequens est determinare de somno et vigilia ei cōtraria. Nā regule ex his sunt in regimine sanitatis plurimū necessarie. Est igitur diligenter notandū q̄ somni vtilitas in sanitatis regimine si debite administretur est valde magnū bonū. Est igit̄ pendere q̄to somno natura iuuetur. Nā per somnum calor naturalis qui operat̄ circa materiā nutrimēti in interioribus cōfortatur in quibus viget alimēti digestio: et sic melior fit digestio. Amplius per somnū quiescūt omnia membra exteriora a suis operationib⁹. Et q̄ digestio fit in q̄ete magis tūc viget digestio. Ampli⁹ p somnū virtutes animales que fatigate sunt refocillantur ⁊ cōfortātur siquidem erāt fatigate p motū p quietē somni fortificantur. Unde in omni motione corporis cū ceperit quis dolere statim q̄escere remediū est. Non est aūt vera requies nisi in somno. Nā in vigilia organa sensuū sunt in actu scōo ⁊ sic non potest corpus vere q̄escere. Cū etiam membra motiua non vere quiescere possunt in vigilia propter col

Utilitas somni.

Digitized by Google

ligantiam et propinquitatem ad organa sensuũ qui sunt in actu scdo: propter hoc igit̃ non potest homo esse diu sine somno. Si em̃ somnus fuerit moderat⁹ cibus digeritur et corpus impinguat̃: dolor dissoluit̃: animus confortat̃: calor naturalis augmentat̃: humores temperãtur: ⁊ mẽs clarificatur. Amplius somn⁹ est calefaciens ⁊ humectans: digestio autẽ viget per calidũ et humidũ. Et sic apparet ꝙ somnus bene adiuuat digestionem. Et qꝛ senes sunt frigidi ⁊ sicci ⁊ male digerũt indigent maxime somno: quapropter Galien⁹ in etate senectutis prouocabat somnũ cũ cõmestione lactucarũ: sed qꝛ lactuce sunt frigide ipsas cũ aromatib⁹ comedebat. Et sicut somn⁹ debito modo exhibit⁹ multas habet vtilitates: sic et vigilia moderata ⁊ debito modo exhibita. Nam desideriũ auget ⁊ famẽ excitat: partes exteriores ꝯfortat: ⁊ spiritus ad exteriora mouet sine quibus nõ possunt mẽbra exercitari qđ tamen exercitiũ est multũ necessarium. Et sicut somn⁹ ⁊ vigilia moderata sanitatem conseruãt: sic etiam si in debito modo exhibeantur sanitatẽ corrumpũt. Unde immoderat⁹ sõnus preparat corpus ad apoplexiam epilentiam ⁊ paralisim et stuporẽ. Et vt sit ad vnũ dicere generat egritudines humectantes ⁊ reumata et splenes ⁊ neruos laxat ⁊ pigriciã efficit ⁊ desideriũ deijcit apostemata ⁊ febres frequenter generat. Vigilia autẽ immoderata corpus desiccat ⁊ virtutes animales debilitat ⁊ digestionem diminuit ⁊ preparat corpus ad egritudines consumptiuas. De vigilia autem in naturali que est res contra naturam ⁊ de somno innaturali ⁊ ex quibus causis possunt prouenire non est hic dicẽdum quia hoc exigit regimen sanitatis et ingreditur curam egritudinis. Sufficit autem ad presens scire ꝙ somno ⁊ vigilia in corporibus sanis possumus vti bene ⁊ male. Dicamus igitur modũ vtẽdi somno. Scierdum igitur ꝙ post comestionem competit somnus: nõ q̃dem immediate: sed tantum immorandum vt cibus descendat ab orificio stomachi. Nec est post imediate laborandũ nec mente studendo disputãdo vel legendo vel corpore exercitando. Hec enim impediũt cibi digestionem: sed quiescendũ est: ⁊ audienda sunt aliqua musicalia qb⁹ homo nõ sit multũ intentus vel alique hystorie. Quod si forsan tardetur cibi descensus ab orificio stomachi parũ ⁊ lente est deambulandũ quousq̃ sentiatur cibum descendisse ab orificio stomachi. Si enim quis ante descensum cibi a stomachi orificio dormire p̃sumat: generantur rugitus ⁊ inflationes ⁊ dolores in ventre: et etiã somnus laboriosior ⁊ digestio corrumpitur. Et postq̃ cibus descendit ⁊ fumi mulcebres ⁊ suaues fuerint eleuati ad cerebrũ inducentes somnũ tunc nature est satisfaciendũ ⁊ dormiendum. In estate quidem in loco frigidiori non reumatico cũ pedibus non calciatis. Nam dormire pedibus calciatis inducit visus debilitatẽ et totius corporis estuationẽ. Amplius om̃ia membra totius corporis debẽt esse cooperta ⁊ melius q̃ in vigilia ⁊ specialiter caput ⁊ puluinare debet esse altũ ne cib⁹ regurgitet ad orificiũ stomachi ⁊ in principio somni paꝝ dormiendũ est supra latus dextrũ. Hoc enim est iuuans ad perfectũ cibi descensum ⁊ parũ ad digestionẽ. Quidã aũt magni asserunt huius ꝯriũ. Dicunt enim ꝙ decubitus supra dextrũ latus iuuat ad digestionẽ: quia tunc epar supponitur stomacho sicut ignis lebeti. Hec autẽ imaginatio est falsa. Nam epar non digerit cibum in stomacho calefaciendo ad modum ignis: sed amplectendo cibum in stomacho sicut gallina ouum. Et

Somn⁹ calefacit et humectat.

De vigilia.

Nocumẽtum somni.

Loc⁹ dormiendi.

Digitized by Google

quia dormiendo supra sinistrum latus perfectius amplectitur: ideo pfectius digerit. Non igitur dormiendum est supra dextrum nisi parum ppter descensum ⁊ deinde supra sinistrum propter digestionem. Et in fine digestionis dormiendum est aliquantulū supra dextrū vt facilius descēdat cibus de stomacho ad epar: et superfluitates prime digestionis liberius descendant. Quantitas autem somni sicut nec aliorū non potest certis litteris denotari. Debet autem somnus esse tātus ꝙ prima digestio sit completa: ⁊ ꝙ cibus transierit ad epar: vbi est locus secunde digestionis. Nec est forte malum intantum prolongare somnum ꝙ secunda digestio sit completa. Hoc autem tempus diuersificabitur secundum diuersitatem complexionum etatum et sic de alijs. Nam qui sunt calide cōplexionis ⁊ habent digestiuā bonam ⁊ comedunt cibaria facilia ad digerēdum ⁊ non comedunt multū in quātitate tales cito digerūt. Unde in talibus forte sufficit somnꝰ breuis puta sex horarum vel octo ad plus. Sz illi qui sunt istis contrarij. s. frigide ⁊ humide complexionis habētes digestiuam debilem et comedentes multū ⁊ cibaria non obedientia digestioni. Tales vtiq; indigent somno longo puta decē vel duodecim horaꝝ nec tales possunt comedere nisi semel in die naturali. Alij sunt qui medij sunt inter predictos in conditionibus prenominatis: et isti indigent somno mediocri. Amplius in hoc multum considerare debemus fatigationē virtutum animalium. Nam secundum ꝙ fatigatio vel lassatio fuerit maior et intensior secundum hoc opus est longiori somno et econuerso. Et quorum est mediocris: somnus debet esse mediocris. Signū autem sufficiens somni est totius corporis leuitas et specialiter cerebri: ⁊ palpebrarum ⁊ oculoꝝ ⁊ descensus cibi a stomacho: ⁊ voluntas ascellandi ⁊ mingendi. Grauitas autem palpebrarū ⁊ cerebri ⁊ totius corporis ⁊ somnulentia ⁊ eructuatio sapiens naturam cibi preassumpti significat somnum non esse sufficientem. Et est diligenter notandū ꝙ in q̄titate somni sicut et in alijs considerare debemus secundum experimentum. Experiatur enim homo quantitatē somni vna die. Et sic etiam consequenter ⁊ ꝓculdubio perpēdat quantum dormire ipse debeat. Hec autem experientia debet fieri supposito regimine eodem et equali seu temperato in predictis diebus. Et est diligenter notandum ꝙ homines temperati vel prope supposito regimine equali in ceteris: tantū appetunt somnū quantuz oportet ⁊ est eis necessariū. Nam optima natura tantum appetit q̄tum est ei necessarium. Et hoc est verū nisi cōsuetudo obuiet. Sed in corporibus lapsis non est confidendū in appetitu. Quidam enim plus appetūt somnū q̄ oportet: ⁊ quidā minus sicut ī exercitio superius memini me dixisse. In corporibus igitur tēperatis vtentibus regimine temperato potest dici ꝙ quātitas somni est equalis quantitati vigiliarum vel prope. Amplius est sciendum de qualitate somni ꝙ somnus q̄to profundior tāto melior ⁊ loquor de somno naturali: de somno em̄ innaturali vt stupore nō loquor. Et nota ꝙ cōualescētes ⁊ exercitati forti exercitio ⁊ multum comedētes dormiūt forti somno et ꝓfundo. Amplius est sciendū ꝙ corporibus tēperatis non cōpetit dormire supra ventrē ꝓpter colli tortionem ⁊ stomachi cōpressionē: licet in habētibus digestiuā debilē cōferat digestioni. Amplius sciendū est ꝙ nullo modo dormiēdū est supine. Hoc em̄ preparat corpus ad egritudines prius nominatas puta ad incubū et

Quantitas sōni. Tp̄s sōni

Signū.

Pronosticatio egritudinum.

apoplexiam et stupozē ⁊ similia. Hec enim figura dormiendi facit superfluitates declinare ad posteriora ⁊ sic retinētur ⁊ non incedūt p suos cānales qui sunt in anteriozib⁹ ⁊ fiunt causa predictarū egritudinum. Amplius sciendū q somnus naturalis ⁊ bon⁹ est ille q̄ diem nō impedit. Tertia primi.

Nā dormire de die corpus preparat ad malas egritudines q̄ superius dicte sunt. Nā dies est luminosa cū strepitu ⁊ apta exercitio ⁊ vigilie: ⁊ nox est apta somno. Tū quia frigidioz: tū qz obscurioz: tū qz quiescentioz: ⁊ quo ad animā ⁊ quo ad corpus. Hoc igitur tēpus est magis aptū ad dormiēdū ⁊ dies ad laborandū. Et ideo cōcluditur q̄ versus noctem melius est plus recipere de cibo ⁊ specialiter nisi noctes sint valde breues qz melioz fit digestioz in nocte rōne somni ⁊ quietis ⁊ frigiditate aeris. Sed suspecti de reumate ⁊ passionib⁹ oculoz ⁊ auriū ⁊ ceteroz sensuū abstineāt a cena. Et est diligenter notandū q̄ cōpleto somno studendū est diligenter emūdare corpus a superfluitatib⁹ multiplicatis nō solū p secessum et urinā: sed etiā p alias partes tussiendo ⁊ rascando ⁊ nares mundando ⁊ caput pectinēdo ⁊ manus ⁊ faciem cum aqua tepida lauando.

¶ Capitulum octauum de accidentibus anime.

Emissio superfluitatum.

Sicut accidētium anime correctio ad philosophū mozalē pertinet vt anima bonis habitibus informetur: sic ad medū vt corpus in debita sanitate conseruetur. quot eī modis alterat ex necessitate corpus tot sunt ꝑcurationum genera: ⁊ qz anime accidētia ex necessitate alterant corpus ⁊ eo rū correctio ⁊ moderatio ad medicū pertinet. Nā sicut mali hoies sunt malicia complexionis sequentes sic plerūq; eos sequitur cōplexionis malicia.

De gaudio.

Vnde ira cūdi ex frequenti ira vltra modū caleſiunt et similiter suo modo intelligatur in alijs: hmōi autē aīe accidentia quoz correctio quodāmodo ptinet ad medicū sunt: ira: gaudiū: timoz: tristicia: tediū: ⁊ verecundia. In ira quidē mouet calor ⁊ spūs subito ⁊ impetuose ad extra non totaliter relinquēdo radicē sed accēditur in radice primo et postea mouet ad extra. Sed in gaudio calor ⁊ spūs mouētur paulatim ad extra: ⁊ iterū totaliter radix puta coz relinquit denudatū. Cūm mulieres et debiles corde ex cōtinuo gaudio syncopizant qō nō contingit ex ira. Cūm cōtingit hoiem mori ex gaudio ⁊ nō ex ira. In timore calor ⁊ spūs subito mouentur ad intra ⁊ in tristicia paulatim sed in tedio ⁊ verecūdia duob⁹ mouētur motibus: modo ad intra modo ad extra sicut patet in tedio qō est tristicia de eo qō futurū est et inducit vigilias: dato eī q̄ calor moueat ad intra ex eo q̄ tristatur: mouetur tū ad extra ex eo q̄ futurū est. Cūm tristicia talis vigiliā inducit: sed tristicia de eo q̄ iam preterijt inducit somnū: et similr in verecūdia spūs primo mouet ad intra ⁊ deinde reddit ratio et cōsiliū ⁊ dilatat illud qō est constrictū ⁊ egredit exteri⁹ ⁊ rubificat colorē. Et sic manifestū est q̄ aīe accidētia alterāt corp⁹. Vnde igitur ira calefacit corpus qz accendit calor ⁊ spūs in corde ⁊ dispgitur ad singula mēbra: ⁊ ꝑcipue in habētibus calorē fortem ⁊ multos spūs. In habentibus eī calorem debilē cū irascūtur ⁊ vindictā appetūt calor nō pōt cum feruore dispgi ad extrema corporis: ⁊ sic remanent exteriora mēbra al-

Verecundia.

Tristicia

Digitized by Google

De bleta.

Bleta declinat ad frigiditatē et humiditatē: et alba est melior ad esum ꝙ nigra: et nullomodo debet comedi cruda sed cocta et parū nutrit et minus ꝙ lactuca: et malū humorem generat vel minus bonū ꝙ lactuca: et stomachū debilitat et intestina et assiduatio vsus eius inducit vētris dolorem pungitiuū si comedatur cocta inducit rugitum et inflationē nisi condiatur cū aliquibus speciebus malicie ipsius obuiantibus īmo sic sumpta curabit dolorē ventris eū laxando et venas aperiendo. Et est notandū ꝙ bleta est humidior lactuca vnde lactuca est quasi media inter caulē ⁊ bletam.

De attriplicibus.

Frigida et hūida.

Triplices parum differunt a bletis in complexione et operatiōe nisi ꝙ attriplices sunt humidiores et ratiōe huius ventrem subducunt et parū nutriunt et ardorē colore mitigant et vomitum prouocant et specialiter eorū semen et parati sunt corruptioni: sed itericis prosunt ad salutē: nullomodo comedātur crudi: sola enim lactuca et portulaca comedantur vtroq; modo. Debent autem attriplices condiri cū oleo: et sale et aceto. Nam simpliciter sumpti sunt mali stomacho.

De spinargia.

Digitized by Google

Spinargie similes sunt attriplicib⁹ nisi ꝙ meliores sunt stomacho: ventrē enim humectant et humorē aquosum valde frigidū et humidū generant nisi earū malicia corrigatur sicut attriplicis. Et nota ꝙ spinargia est valde bona gutturi et pulmoni. Prodest gutturi.

De portulaca.

Portulaca alimentū parū dat corpori et illaudabile et frigidū et humidum: aufert sitim et cōstipat ventrē: et aufert dentiū stuporē et est bona spleni et precipue semen ei⁹ sed visum offuscat et appetitum defedat nimius vsus eius et libidinem aufert et vomitum prohibet.

De cucurbita.

Cucurbita generat humorē aquosum nō austerum: nec vniuersaliter participantem farmaca qualitate sicut ipsius sapor ostendit: parū nutrit et propter passibilitatem sue substantie parata est recipere corruptionē. Unde quādo ipsius digestio corrūpitur generat humorem malū valde: vnde non est recipiēda in stomacho immundo. Etiam non debet comedi si sit inconuenienter parata. Nam his duobus modis cito in stomacho suscipit corruptionē et ad malū humorē valde cōuertitur. Amplius ex sui natura generat humorem non participantem qualitatis excessum si bene digeratur: quod ostenditur ex ipsius saporis insipiditate: et sic etiā ex sui passibilitate facile cōuertitur ad naturam illorū qui cū ea ꝑmiscentur in preparatione: vnde si permisceatur cū ea quod generat humorem salsuginosum: et ipa talem humorem generat et sic de aliis. Unde se habet respectu aliorum ciborum participantiū qualitatis excessum ad modum mediū si cum eis permisceat̄ quod mediū facile cōuertetur ad extrema. Sed quia cucurbita est multū aquosa: bonū est cū ea ꝑmisceri cepulā herbā feniculū vel calamentum: vel organum: ꝙ et etiam primo elixetur deinde frigatur. Non laudatur

De caulibus.

Caules secundum aliquos frigidi sunt et sicci: secundū aliquos calidi sunt et sicci. Nos autē dicimus ꝙ via cibi et eorū substantiā cōsiderādo sunt frigidi et sicci: et generant humorē melancolicū: sed via medicine et quo ad eoꝝ circūferētiā calidi sunt et sic sunt mali stomacho parū nutriūt et malū humorē generant: et peiorē ꝙ lactuca et visum obtenebrāt nisi ocli sint valde hūidi tūc eni possunt cōferre desiccādo: somnū inducūt et māstrua ⁊ vrinā prouocant eorū substantia post primā et secundā decoctionē ventrē laxant. Generāt melancoliam.

De caulis siluestribus.

Caules siluestres nō sunt cōpetentes ad esum summitates cauliū et specialit̄ eoꝝ ocli ꝯueniētiores sunt stiptice et foliis: et debēt decoq̄ et ꝑparari cū carnib⁹ laudabilibus:

Digitized by Google

Ad iũctu ras.

et efficit satis boni nutrimenti et delectabilis ad esum. Caules multũ cõ fortant iuncturas et ab intra et extra. Unde antiquis mulieres cibabãt filios suos caulibus vt citius ambularent.

De borragine.

Borago domestica et siluestris: ceteris oleribꝰ est cõueniẽtior humane cõplexioni ad esum. Est eni calida ⁊ humida tẽperare: et ceteris oleribus meliorẽ generat sanguinẽ. Et qz borago pricipat qnadã aspitate ex qua ad esum redditur minus delectabilis: bonũ est ꝙ cũ pmisceat ex quo p̃dicta aspitas remoueat: sicut spinargia et blete tenerrime: tunc eni confortat coz et vniuersaliter oia spũalia: et est lenitiua pectoris et pulmonis et letitiã inducit.

Uersus. Ũ x̃ sus. Dicit borago gaudia semp ago.

Herbe calide vsuales. Dicũt quidã ꝙ si comedatur cruda generat sanguinẽ laudabilẽ: sed magis ꝙ decoquat cũ carnibꝰ ca ponũ et apponat aliquantulũ de petrosilino ad reprimendũ eius hũilitatẽ: et de spinargijs et bletis ad reprimendũ eius aspitatẽ. Alie herbe calide q̃bus hoies cõsueuerũt vti: sũt hec: petrosilinũ: mẽta spargi: trifoliũ: feniculus: apiũ: nasturciũ: ortulanũ ⁊ aquaticũ: saluia: hysopꝰ. Et his aũt herbis ꝙ se nõ fiũt fercula. Hã parũ nutriũt ⁊ generãt sanguinẽ acutũ: ⁊ adurũt sãguinẽ iã generatũ. Unde tales herbe singulariter nullomodo sunt sumende via cibi sed solũ via medicine: tñ his herbis vtunt homines sani ad corrigendũ maliciã aliozũ olerũ in salsis ꝓpter aliquas vtilitates speciales quibus hoies forsan ab egritudine preseruantur.

De trifolio.

Et dicamꝰ primo de trifolio. Hec eni herba calida est et ficca: et pricipat amaritudine ⁊ stipticitate manifeste: et ideo via cibi nõ ꝓperit valde aũt est bonũ stomacho seu crudũ siue bulitũ sumatur sed parũ sustinet decoctionis.

Proprietas bona Contra morsum. scorpiõis

Potest aut cõueniẽter exhiberi cũ oleo acero et sale: et stomachũ cõfortat et fastiditos curat et appetitũ excitat ⁊ puocat cõueniẽter decoctio trifolij si ex ea ablatur locus morsus scorpionis: vel vipere curat dolorẽ: et si nõ sit locꝰ morsus dolorẽ simulẽ doloꝛi ono causato a morsu.

De speragis.

Esperagis aũt secũdũ ꝙ paucũ alimentũ dãt corpori nõ bonũ possũt offerri cũ olea et aceto: sicut superiꝰ dictũ est de trifolio: et sunt delectabiliozes ad esum et stomachũ magis cõfortãtes bulliri in aqua molliũt ventrẽ: et puocãt vrinam et dicũr quidã quod nauseam inducũt.

Urinã ꝓ uocat.

De feniculo.

Eniculus tarde digerit et male nutrit et pauDe igitur vtendũ est eo in regimine sanitatis nisi ad correctionẽ malicie quorũdam aliozũ ciboꝝ: sicut iterdũ cũ lactuca comedimꝰ petrosilinũ ad re-

Contra morsũ canis.

Ingitur ꝓperit via cibi: sed cõfert iflatiõi stomachi. Et si bibatur cũ aqua frigida nauseã facit. Et si terat cũ aqua sup morsũ canis rabiosi cõfert: plus igit via medicine cõpetit ꝙ cibi. Non

Digitized by Google

ſtendū frigiditati et humiditati lactuce: ſicut etiā cū cucurbitis decoq-
mus feniculū: et ſimiliter cū rapis ad corrigendū earū maliciā.

De petroſilino.

SCiendum q generat ſanguinē valde acutum et icitat ad irā et eſt aperitiuū ⁊ nō cōperit via cibi niſi ad correctionē malicie alioꝝ ciboꝝ: ſicut de feniculo dictū eſt. Herba aūt petroſilij in cibis poſita digeſtionē cōfortat et vētoſitatē excludit et eſt herba ſatis cōueniēs ad ſalſas. Vſus aūt huiꝰ cōueniētior eſt i tpe frigido et etate ſenectutis et regiōe frigida quā in oppoſitis ꝓdictorū et fit ex eo epulū cū ſale cōtra morſum canis rabioſi. Aperitiuas vrine

De apio.

APium ſatis cōuenit cū petroſilino in cōplexione et in ꝓprietatib⁹ ſed ſapor eius eſt minꝰ delectabilis. Vnde via cibi minus eo vtunt̄ hoīes cōiter: nō eſt tn tāte ſiccitatis ſicut petroſilinū: vnde nō tātū adurit ꝓprietatē habet i aperiēdo opilationes ſplenis et epatis: ſed nocet capiti et incitat morbum epilentium et maſticatum facit odorē oris bonum. Facit epileſiam.

De naſturtio ſiue creſſonibus.

SCiendū q calefacit ſtomachū et epar ⁊ cōfert groſſiciei ſplenis et ſanguinē adurit et parū nutrit et ipſius nutrimentū nō eſt laudabile pulmonē mūdificat et renes ad coitū incitat: appetitū ad cibū excitat: tn parū ex eo poteſt ſumi in ꝓncipio mēſe cum aceto croco et ſale et oleo ad reuocationē appetitus et aliter eſt malū ſtomacho: qꝛ ipm nimis mordicat bibitū et limū retinet capillos cadentes. Mūdificat ſtomachū.

De ſaluia.

SAluia multū eſt calida et ſicca ideo nō multū comperit per ſe via cibi. Ipa eni ſaluia multū cōfortat neruos: in ſanitate hoīes multū vtūtur ſaluia. Dupliciter. primo q̄dē cōponēdo ex ea vinū ſaluiatū quo vino hoīes in ſanitudine ſanitatis vtūtur ſpecialiter in ꝓncipio menſe. Et cōperit hmōi vinū paſticis epulētis moderate ſumptū et ꝓcedēte purgatiōe añcedēte materie. Amplius vtūtur ſaluia i ſalſis: nā excitat appetitū et ſpecialiter cū ſtomachus fuerit repletus malis humoꝛib⁹ crudis et indigeſtis: et ad eandē intētionē poteſt ex ea fieri herbulotū et comedi ieiuno ſtomacho. Cōfortat nerues.

De menta.

MEnta multū calida eſt ⁊ ſicca ⁊ parum cōperit via cibi i regimie ſanitatis verū eſt q ſtomachū cōfortat et ipm calefacit ſingulū ſedat et digerit et ꝓhibet vomitū et fleumati cum et ſanguineū et ad coitū incitat et ꝓhibet ſputū ſanguinis. Confert ad morſum canis rabioſi et eſt ꝓpria ad illud.

Capitulum quattuoꝛdecimum de radicibus.

Digitized by Google

Radices vtiles.

RAdices quibus homines sani cõiter vtũ
tur his temporibus sunt hec: porri: allea: raphanus: ce-
pe: radix pastinata: napi seu rape: & corne. De porris al
leis et cepis breuiter est sciendum q̃ via cibi nõ compe
tunt tẽperatis corporibus nec calidis: & specialiter cru
da: parũ enim nutriunt: et male nutriunt: & generãt san-
guinem acutum et pungitiuum: grossos tamen subtiliant & viscosos inci
dunt et postq̃ decocta sunt perdunt pungitiuitatẽ & adhuc remanet vir-
tus incisiua et subtiliatiua. Vnde magis cocta cõpetũt q̃ cruda.

De porris.

POrri autem sunt calidi et sicci et dant corpori
alimentum laudabile er oculis nocent & generant sanguinẽ ni-
grum & melancolicũ & generant somnia terribilia & neruos le-
dunt ratione pungitiuitatis eor: nocent dentibus & gingiuis &
nullus colericus nec melancolicus eis vtatur & specialiter crudis.

Nõ prosant.

De cepe.

CEpe calide sunt et habẽt humiditatẽ superfluã
terrestrem cũ humiditate aquosa subtili indigesta. Si comedã
tur crude generant in stomacho humores malos et putrefacti
biles et corruptibiles & generant somnia mala et terribilia & dolorẽ ca-
pitis. Vnde nimius vsus earum disponit hominẽ ad memoriã deperdẽ-
dam & perturbat intellectũ & pducit ad dementiã. Sed si comedant co-
cte cum aqua laudabiliũ carnium laudabiliter iuuant digestiuã & minu-
untur earum nocumenta & temperant cibaria frigida cum quibus deco-
quuntur sed melius est eis non vti.

Perturbãt intellectum.

De alleis.

ALlea calida sunt & declinãt ad aliqualem hu
miditatem sed minus q̃ cepe: valent cõtra ventositatem & va-
lent in russi et bene screare faciunt: sed nocent visui & dolorem
capitis inducunt. Vnde allea sunt tyriaca rusticor̃. Predicta acrumina
solum cõpetunt his qui fleumaticum aut grossum viscosum humorẽ ha-
buerunt. Colerici a predictis generibus acruminum abstineant. De ra-
phano autem et radice que sunt propinqua & in cõplexione et pprietate
Sciẽdum est q̃ multũ cõpetunt via cibi: specialiter corporibus colericis
generãt enim sanguinẽ acutũ & pungitiuũ & est raphanus malus stoma-
cho faciẽs eructuationẽ & generat humorẽ grossum et si digestiua sit de
bilis humorẽ crudũ habet tñ virtutem subtiliatiuã & incisiuã. Quidam
autẽ comedunt radicem & raphanũ post alios cibos ad cõfortandum di
gestionẽ: de quo admiratur. Hali. Vnde verũ est q̃ experientia docet et
dicunt sapientes q̃ si comedatur post alium cibum iuuat ad descensum &
ventrem laxat. Sed si comedatur ante alium cibum impellit cibum ad
superiora et vomitum inducit. Bonum est autem q̃ comedatur cũ acero
et sale post alios cibos & in pauca quantitate verum est q̃ oculis nocet &
capiti et valet contra morsum scorpionis sumptus intus & extra applica
tus et ad coitum incitandum.

Tyriaca rusticor̃.

Mod⁹ comedendi.

Digitized by Google

De rapis et napis.

De rapis autem et napionibus sciendum q̄ inter radices magis conueniunt ad corporis nutritionem q̄ saris oſtēditur ex amicabilitate sui saporis. Hoc enim commune est omnibus edulijs q̄ amara ⁊ pungitiua minus alimentum dant corpori quam dulcia. Et quia nape ⁊ rape sunt ceteris radicibus dulciores et minus pungitiue magis competunt via cibi sed generāt sanguinē grossum melācolicū ⁊ sunt difficilis digestiōis ⁊ vētrose ⁊ generāt humorē crudū si digestiua sit debilis: habent tamē proprietatem mirabilē ad confortationē visus ⁊ bonum est q̄ depurentur a prima aqua ⁊ nullo modo comedi debēt cruda et napiones sunt rapis laudabiliores. Et incitāt ad coitum ⁊ ventrem molliunt et vias mundificant vrinales. Incitant coitum.

De pastinacis.

De pastinacis autem sciendum q̄ si fuerint albe poterunt cocte cum carnibus sumi vel sine: quoniā cōferunt eadem iuuamenta ventri et renibus sicut rape: sed expedit vt post sumantur sed minus nutriunt q̄ rape ⁊ napones ⁊ indigestibilitas inest eis sicut alijs radicibus ⁊ generant humorem grossum ⁊ crudum si digestiua sit debilis ⁊ humor qui generatur ab eis est mediocriter malus. Carne autem meliores sunt pastinacis sed multum nocent capiti humido et pulmoni.

Capitulum decimumquintum de fungis.

Volo autem post tractatuz de radicibus aliquantulum loqui de fungis quia maiorem habent similitudinem cū radicibus q̄ cū herbis vel fructib⁹. Sciendum autem q̄ est vna maneries fungorum qua homines vtuntur et specialiter ytalici via cibi postq̄ elixati sunt vel frixi vel conditi cum quibusdā speciebus ⁊ sunt saporis delectabilis ⁊ vocantur apud gallicos causa pa nioli et nascunt in pratis ⁊ in terra nō corrupta vbi etiā animalia venenosa non conuersantur. Nascentes autem iuxta cauernas animaliū venenosorum ⁊ in locis putridis iuxta plātas seu arbores mortiferas sunt mortiferi. Sunt etiam quidam fungi qui a tota specie sunt mortiferi. Fungi non mortiferi meliores sunt sicci q̄ virides et bonū est q̄ cum piris prebuliantur in aqua ⁊ cum pulegio frigantur et cum oleo oliuarum dulci et superaspergatur puluis quarumdā specierū: puta zinziberis albi ⁊ cynamomi ⁊ sic corrigitur eor malicia: sunt etiā frigidi et humidi et talem humorē generāt: et eorū substāria est multum putrefactibilis. Et similiter humor generatur ab eis. Male igitur nutriunt et sunt difficilis digestionis ⁊ digerantur si comedantur: sed generant colicam: et ex eis interdum prouenit suffocatio anxietas et sincopis ⁊ sudor frigidus: ⁊ cura eius est per oximel diureticum cum decoctione hysopi et pulegij et sunt mala stomacho valde et bonum est post eos bibere bonum vinum. Vsum igitur fungorum omnino vitupero salua reuerentia ytalicorum qui eis vtuntur ad voluptatem. Duplex est fūgus. Quidam sunt mortiferi.

Digitized by Google

¶ Capitulum decimum sextum de trufflis.

Usus fungorū malus.

Non solum autē homines vtuntur fungis sed etiam idūs seu trufflis. Sic autem nominātur ab aliquibus. Alij autē nominant tuberas ⁊ sunt radices in terra sine trūcho ⁊ folijs figure rotūde coloris rubei saporis insipidi: dulcedini aliquali appropinquātes et puto ꝙ alimentū dant frigidū ⁊ humidū ⁊ grossum: generant enim humorem non multū malum ⁊ comeduntur crude ⁊ cocte. Substātia eorum est multum terrea ꝓpter qō comedantur post alium cibum iuuant ad eius descensum ab orificio stomachi. Et dicunt quidam ꝙ generant humorem melancolicum ⁊ nichil est eis par. Bonū est ꝙ primitus elixētur in aqua cum vitello oui postꝙ primit⁹ sunt excorticari et deinde condiantur cum oleo dulci: et addatur puluis quarumdam specierum ⁊ post trufflas debet bibi bonum vinum.

Ꝓparatio.

Usus autem continu⁹ est periculosus corpori humano ex eo ꝙ inducit paralisim et apoplexiam: colicam: stranguriam et sunt dure digestionis grauantes stomachum ⁊ multum appropinquantes ad naturam fungorum sed minus mali sunt ꝙ fungi. Eligantur autem truffle que inueniuntur in terra arenosa libera non nimis aquosa: et dicunt quidam ꝙ sicce sunt deteriores humidis ⁊ maxime comedantur in vere ⁊ generantur in profunditate terre per viam putrefactionis. Unde videtur terra interdum effumare in loco in quo generantur ⁊ niues existentes in illo loco liquefiant penitus et sic caliditatem quandā habent putredinalem. Et ex hoc opinantur quidam ꝙ sunt calide complexionis et ꝙ humorem calidum generant et ꝙ incitent ad coitum. Ista tamen non approbo quia dictis sapientum in ista materia non concordant. Securius esset eis nō vti salua reuerentia eis vtentium plus ad voluptatem ꝙ ꝓpter necessitatem et vtilitatem.

¶ Capitulum decimum septimū de carnibus:

Uia bone carnes bonum sanguinem generant inter alia cibaria posito ꝙ bene digerantur determinandum est de alimento sumpto a carnibus in speciali. Et primo de alimento sumpto a quadrupedibus domesticis et siluestribus. Et deinde de alimento sumpto a volatilibus tam domesticis ꝙ siluestrib⁹. Primo dicemus de alimēto sumpto ex animalium quadrupedum diuersitate: deinde ex membrorum eorumdē varietate. Sciendū ꝙ animalium quadrupedum quedam sunt boni et laudabilis nutrimenti et quedam illaudabilis. Amplius quedam sunt facilis digestionis et alia difficilioris et tardioris. Amplius quedam generant grossiorem ⁊ viscosiorem humorem ⁊ alia subtiliorem. Item quedā carnes multi nutrimēti sunt alie pauci. Carnes autem laudabilis nutrimēti de numero quadrupedum sunt carnes capriolorum iumenum siluestrium et domesticorum: ⁊ domestice sunt siluestribus meliores. Siluestres vero sunt plus debito siccriores: sed carnes capraꝝ antiquarū ⁊ hircorum sunt simplici-

De q̄drupedib⁹. Caprioli.

Digitized by Google

ter illaudabiles siue sint domestice vel silvestres. Ampli⁹ dico q̄ carnes porcorum non antiquorum non nimis iuuenū: sed etate mediocrū: puta vnius anni vel duo⁹ tam domesticor⁹ q̄ silvestrium sunt multum laudabiles corpori⁹ sanis ⁊ fortibus in quibus viget fortis calor. Et puto q̄ silvestres sunt domesticis meliores eo q̄ domestice sunt plus debito viscosiores ⁊ humidiores. Predicte autē carnes si aliquantulum saliātur anteq̄ comedantur obtemperatur earum viscositas. Et quidam simpliciter opinātur has carnes meliores esse inter q̄drupedia vel esse simpliciter conuenientiores corpori⁹ nostris ⁊ nobis magis ꝓportionabiles et magis nutritiuas. Amplius dico q̄ carnes vitulorum lactātium sunt valde laudabiles. Nō laudabiles autem carnes boum veterū vel thaurorum vel vacca⁹ domesticarū vel silvestrium. Nam sunt difficilis digestionis et mali chymi ⁊ humorem generant melancolicū. Unde earum vsus inducit lepram ⁊ quartanā ⁊ splenēticam passionē ⁊ similes egritudines melācolicas. Amplius carnes arietum vnius anni specialiter castratorum sunt laudabiles ⁊ a quibusdam sapientibus q̄plurimum approbate. Sed carnes arietum non castrator⁹ antiquor⁹ ⁊ ouium ⁊ agnorū porcorum nō sunt laudabiles nec in sanitatis regimine cōuenientes. Predicte carnes laudabiliores sunt tpibus quibus habēt pascua meliora: tūc eē sunt cōuenientiores esui. Unde carnes capra⁹ sunt meliores in estate in qua pullulationes quibus pascuntur sunt ꝓfecte et similiter q̄ boues indigent herba profunda pro eor⁹ pascuis sunt in estate grossiores ⁊ pinguiores ⁊ esui cōueniētiores. Oues aūt scōz p̄ncipiū ⁊ medium veris sunt cōuenientes: non eē indigēt pascere herba magna ⁊ pfunda parua enim sufficiēter nutri possunt. Ex dictis igitur elici pōt q̄ carnes hyrcorum capra⁹ ⁊ arietū ⁊ boū ⁊ porcor⁹ antiquor⁹ ⁊ specialiter nō castratorum ⁊ porcellor⁹ lactantiū ⁊ agnorum non sunt multum conuenientes in regimine sanitatis: sed carnes vitulorū iuuenū ⁊ arietū animalium ⁊ porcorum annor⁹ duo⁹ vel vnius: etiam castrator⁹ specialiter sunt conuenientes sunt in regimie sanitat⁹. Quidā aūt opinant virulinas meliores ⁊ alij porcinas magis approbāt carnes ūalis arietis castrati sz in hoc ē multū cōsiderāda ꝯsuetudo ⁊ appetitus hominis. Amplius consueuerūt homines sani existentes vti carnibus leporinis ⁊ cuniculorū ⁊ ceruor⁹. Et iste carnis sunt melancolice et talē humorem habent generare. Unde tales carnes oū pueniunt ad antiquitatē simpliciter sunt euitande: ⁊ meliores aūt sunt cū sunt partui ꝓpinque vt siccitas eor⁹ obtemperetur ab etate ⁊ p̄dicte carnes sunt simpliciter euitāde nisi sint pingues. Nam ex ea⁹ pinguedine obtēperatur siccitas. Uñ quasi idē videtur de carnib⁹ predict⁹ sicut de caprinis silvestrib⁹ ⁊ domesticis ⁊ bouinis. Nā carnes porcorum ꝓportionabiles sunt carnib⁹ boum ⁊ carnes leporum ⁊ cuniculorū ꝓportionabiles sūt carnib⁹ capra⁹. Sūt alia multa q̄drupedia q̄ sunt esui incōuenientia ⁊ apud nos non sunt in vsu q̄uis tēpore necessitatis homines eis vti possint vt vulpiū ⁊ lupor⁹ asinor⁹ ⁊ equor⁹ et canū carnes. His eē carnibus homines apud nos non vrūtur nisi in tēpore necessitatis. Carnes autem vulpinas comedūt quidā venatores tēpore autumni quia tunc pingues inueniuntur. Impinguatur enim ab vuis. Similiter carnibus canum iuuenum bene pinguium et castratorum vruntur quod tolerabile est tempore necessitatis. Et similiter intelligitur de carnibus

Vitulū.

Arietis.

Caprarū

Hyrcor⁹.

Leporis

Tpe necessitatis

Carnes asinor⁹.

Digitized by Google

lupozum. Deteriozes aũt his carnes asinozũ:equozũ:et camelozũ et leonum carnes:et quia oĩno predicte carnes distant a cõplexione hominis

Carnes cuniculorum

non approbo earũ vsum nisi in magna necessitate. Carnes autẽ cuniculorum post carnes apri et porci siluestris et caprioli sunt cõuenientiozes in regimine sanitatis. Et est diligenter notandũ q carnes declinantes ad siccitatem non debent assari sed elixari. Et declinantes ad humiditatem debent assari vt earũ humiditas tẽperetur. Et ideo carnes cuniculozum lepozum:ceruozum:et vitulozum: et capzilozũ debent elixari et carnes porcozum et castratozũ:arietũ assari:elixatio enĩ obtemperat siccitatem et assatio humiditatẽ. Et ex hoc patet q in tẽpozibus et cõplexionibus humidis magis cõpetunt carnes declinantes ad siccitatem et assate. In tẽpozibus aũt siccis et cõplexione et etate siccis magis cõueniunt carnes declinantes ad humiditatem. Inter carnes predictas laudabiles quedã sunt faciliozis digestionis vt capziolozũ ⁊ cuniculozũ iuuenum. Et quedã difficiliozis digestionis: puta porcozũ et castratozũ arietum aliqualiter antiquozum et thaurozum iuuenum. Et quedam sunt mediocris digestionis vt carnes vitulozum vnius anni agni castrati et iuuenum lepozum. Amplius carniũ predictarum laudabilium quedam humozem grossiozẽ et viscosiozem generant vt carnes porcine: vel grossiozẽ sine viscositate vt ceruine et bouine iuuenes. Et quedam generant subtiliozẽ sine viscositate: vt carnes cuniculozũ et capzilozũ. Et quedam subtiliozẽ cũ aliquali viscositate: vt carnes agnozũ iuuenum. Carnium etiam predictarum laudabilium: quedam plus nutriunt et quedam minus: et alie mediocriter. Exemplũ primi: porcus: exemplũ secundi: cuniculus: exemplũ tertij: castratus aries. Amplius carnium predictarum laudabilium conuenit diuersitatẽ membrozũ considerare. Et primo quidem diuersitatem mẽbrozum que attenditur secundũ intra et extra: et secundũ ante et retro: et secundum dextrũ et sinistrum. Quo ad primũ sciendũ q cõmuniter et regulariter mẽbra exteriora sunt magis laudabilia in sanitatis regimĩe q interiora. Membra enim interiora puta cerebzũ:coz:pulmo:stomachus: epar:splen:et testiculi:renes ⁊ intestina nõ sunt laudabilis nutrimẽti vel simpliciter vel non sicut exteriora. Sunt enĩ difficilis digestionis et generatiua grossi humozis. Vnde de cerebzo est sciendũ q ẽ stomacho malum nauseatiuum et fleumaticũ et grossi humozis generatiuum. Vnde si bene digeratur alimentũ dat corpozi notabile sed nullo modo comedi debet post alios cibos. Bonũ aũt est q cũ origano vel calamẽto vel cũ aliquo obtẽperantibus eius humiditatẽ viscositatẽ et frigiditatẽ in quib⁹ fit virtus incisiua et calefactiua apparet. Et sicut est dictũ de cerebzo: ita intelligendũ est de oĩbus medullis et nucha. Et cõueniẽs est q si comedant q primit⁹ assentur sup carbones vt earũ viscositates et humiditates obtẽperent. Notandũ q comestio cerebellozũ et specialiter capziolozũ cõueniens est contra venena et cõtra morsum venenoscũ animaliũ.

De cerebzo.

De corde

De corde sciendũ est q difficilis est digestionis et tarde pertransiens. Si autem bene digeratur alimentum non paucum dat corpozi nec malum chymi ⁊ specialiter coz eduli. Sciendũ autẽ q coz cerui virtutẽ habet tyriacalẽ.

De pulmone.

De pulmone autem sciendũ q est faciliozis digestionis ceteris interiozibus quod declarat eius raritas et mollicies: sed alimentũ dat fleumaticum et paucum et puto q non multum malum et specialiter pulmo

Digitized by Google

eduli. Stomachus aũt et guttur ⁊ inteſtina ⁊ matrix ſunt difficilis digeſtionis et tarde: ⁊ nõ ſunt generãtes bonum ſanguinem. Splenis autem caro eſt peſſima et eius caro eſt cachochimicha ⁊ eſt mali ſanguinis generatiua ⁊ ſaporis indelectabilis. Epar eſt oure digeſtionis: ſed multũ nutrit et generat ſanguinem conuenientẽ ſuppoſito q̃ nutrimentũ ſit ex ficubus ⁊ paſſulis maltis. Teſticuli autẽ ſunt indigeſtibiles ⁊ cachochimi: ſed ſi bene digerantur bene nutriunt. Meliores autẽ ſunt porcorum teſticuli. Inquantum eñ porcorum caro ea que alioꝝ eſt melior intantũ etiam teſticuli. Et hic eſt diligenter notandũ: q̃ teſticuli animalium prouectorum in quib⁹ eſt iam fermentatum ſemen ⁊ generatũ non ſunt boni nutrimenti. Habent enim aliquid fetens inſinuans naturã ſpermatis: ſicut renunculi habent aliquid fetens inſinuans naturã vrine in eis generate ⁊ conſeruate. Vnde et propter hanc cauſam renunculi nõ generant ſanguinẽ ſimpliciter bonum: ſed teſticuli animaliũ iuuenum adhuc coire non potentiũ in quibus adhuc non eſt ſperma fermentatũ ſunt ſatis laudabilis nutrimenti ſi bene digerantur. Quo ad membra exteriora ſciendum q̃ ceteris paribus anteriora ſunt meliora poſterioribus quia magꝭ a ſupfluitatibus depurata et fortꝭ calori propinquiora ⁊ magis mobilia ⁊ cõmuniter minus pinguia. Et ſimiliter dextera pars eſt melior ſiniſtra et vniuerſaliter partes carnee meliores ſunt non carneis. Partes enim priuate carnibus ſunt ſicut pedes ⁊ oſtrorum ⁊ aures. et inter alias partes pedes ſunt laudabiliores ⁊ deinde aures: et oñes iſte ſunt difficilis digeſtionis ⁊ pauci nutrimenti. Laudabiliores autẽ ſunt pedes porcorũ iuuenum. Decoquantur autem et elixẽtur in aqua ⁊ poſt comedantur cũ aceto vel ſynapio. Et interdum decoquantur cum oleribus ⁊ interdum cum ordeo ⁊ efficiuntur digeſtibiliores ⁊ priſana efficitur laudabilior et magis ſubductiua ventris. Pedes autẽ porci et extremitates eduli lactantis colericis conferunt ⁊ ſpecialiter ſi in tempore calido: maxime cõdiantur in fulſo. De partibus autem carneis ſciendũ q̃ caro eſt duplex: vna eſt glandulоſa ſicut mamillarũ et teſticuloꝝ inguinum ⁊ aſcellarum fautium et lingue ⁊ ſimilium. Omnibus autẽ carnibus laxis et glandulоſis cõmune eſt delectabiles apparere ſcõm eſum. Quod autem ex ipſis alimentũ bene quidem digeſtum eſt bonum humorem generat quod autẽ minus bene digeſtum eſt humorẽ fleumaticũ aut crudum generat. Ex partibus quidem humidis fleumaticus ex duris autem crudus. Alimentum autẽ vberum quando habet lac inſinuat aliq̃d dulcedinis et ꝓpter hoc delectabile eſt ipſis leccatoribus. Quod autẽ de teſticulis ẽ dicendũ dictũ eſt ſuperius. Nutrimentũ autẽ lingue mediũ eſt inter nutrimentum carnis firme nõ ſpongioſe ⁊ nutrimentũ carnis ſpongioſe. Non enim eſt adeo laudabilis nutrimenti ſicut caro firma non ſpongioſa/ nec adeo mala ſicut ſpongioſa. Lingua vero viruli vel cerui eſt laudabilior ſicut teſticuli porcorũ iuuenum ſunt laudabiliores. Et adhuc ſunt meliores teſticuli gallorum ſaginatorum ⁊ pulmo eduli alijs pulmonib⁹ laudabilior ⁊ epar eduli eſt alijs laudabilius. Et ſtomachus gallorum ⁊ cerebrum cuniculorum ⁊ cor ceruorum eſt laudabilius alijs. Carnũ autem non ſpongioſarũ nec glãduloſaꝝ eſt melior q̃ cordi propinquior: cuiuſmodi eſt caro coſtarum ⁊ que eſt iuxta oſſa et que eſt in parte anteriori ⁊ in parte dextra: et q̃ eſt pinguis pinguedine moderata. Carnes aũt maxie

De ſtomacho.

De ſplene epate.

Teſticuli

Duplex caro.

De ligua

Digitized by Google

distantes a corde et in parte sinistra ⁊ sine ossibus sunt minus bone sicut carnes natis sinistre Eligantur igit carnes in quibus sunt ossa: pingue se propinque cordi: anteriores ⁊ dextre. Est hic diligenter notandū q̄ cuniculus habet pres posteriores satis bonas eo q̄ illas partes semper elevat sup partes anteriores: et sic p̄ accidens pars posterior est magis depurata a superfluitatibus vt quidā dicūt: et cum hoc ille partes sunt magis pingues in cuniculis: sed in hoc est materia cōsiderandi. Nunc restat dicere de volatilibus. Volatilia que cōmuniter sunt in vsu sunt hec gallus gallina: capones: ⁊ āseres: anates domestice: perdices: fasiani: pauones: grues: malardi: et similes aues siluestres degentes in aquis vt anates. Et etiaz turtures: columbe iuuenes: strunelli: allaude: pluuerū passeres et reliqe aues minute q̄ capiuntur in bladis vt turdi meruli. Volatiliū autem que enumerata sunt: quedam sunt laudabilis nutrimenti: quedam illaudabilis. Et quedam sunt facilis digestionis ⁊ quedam difficilis. Et quedam sunt temperate complexionis et quedam distemperate. Laudabilis nutrimenti sunt galline ⁊ earum pulli capones iuuenes et antiq̄ bene pingues ⁊ perdices iuuenes ⁊ allaude et turtures et pluuerū coturnices et aues parue que capiuntur in bladis. Elie autem volatilia ab istis sunt illaudabilis nutrimēti difficilis digestionis ⁊ inequalis complexionis: puta carnes anserū: anatum: ⁊ pauonum: ⁊ malardorum. Et vniuersaliter carnes auium habentiū collum longum et rostrū longum degentium in aquis omnes sunt illaudabilis nutrimenti ⁊ difficilis digestionis et generant humorem melancolicum. Similiter strunelli meruli ⁊ turdi sunt graues ad digerendum et grosse nature. Passerum autem carnes sunt calidissime ⁊ a temperamēto longissime et multū excitantes coitū. Unde non multū conueniunt in regimine sanitatis. Inter carnes volatilium laudabilium: in regimine sanitatis quedam sunt temperatiores et temperamēto propinquiores. Elie sunt minus temperamēto propīque. Temperatiores quedam sunt galline iuuenes et gallinarum pulli ⁊ iuuenes pingues capones que tamen ad aliqualem caliditatem ⁊ humiditatem declinant. Similiter ⁊ perdices iuuenes ⁊ coturnices. Perdices tamen declinant ad aliqualem frigiditatem et siccitatem: et sunt sicut galline deserte ⁊ habent proprietatē constringendi ventrē et elixe. Coturnices autem sunt satis temperate. Dicunt quidem q̄ ex comestione coturnicis fit spamus ⁊ rethanus: sed aliquantulū declinant ad caliditatem et sunt subtilis substantie generantes bonos humores ⁊ multū comperunt sanis et conualescentibus. Reliqua autem volatilia superius enumerata plus distant a temperamento: puta carnes columbarū iuuenum ⁊ turturum iuuenū. Nam harum antiquarum carnes sunt euitande propter earum nimiam caliditatem et siccitatem ⁊ digestionis difficultatem. Antiqua autem columba mirabilem habet proprietatem in epilenticis et paraliticis: et turtures in acuendo ingenium. Horum tamen pulli sunt conuenientiores corporibus sanis: sed declinant ad siccitatem et caliditatē. Unde euitari debent in regionibus calidis complexione etate et temporibus calidis. Aues parue que capiuntur in bladis vt allaude declinant ad siccitatem et caliditatem sed non tantum vt turtures et columbe. Et est diligenter notandum q̄ genus volatilium omnium est pauci nutrimēti si comparentur generi peditantium et maxime porcorum quorum car

Proprietas cuniculorū.

De volatilibus.

Aues degentes in aquis illaudabiles sunt.

Volatilia laudabilia.

Contrā epilepsiā

Dia volatilia pauci sunt nutrimenti.

Digitized by Google

nes nullum aliud nutrimentum excedit in bonitate. Sed volatilium caro est digestibilior et maxime perdicum et gallinarum gallorum iuuenũ et columbarum et allaudarum et auium paruarum que capiuntur in blados. De interioribus volatilium respectu membrorum exteriorum proportionabiliter dicendum est sicut in peditantibus dictum est. De intestinis volatilium similiter est sciendum: q̃ sunt simpliciter in esibilia: quaꝝ tamen auium ventres esibiles et delectabiles sunt valde sicut ventres anserum impinguatorum gallorum et gallinarum quorum alimentũ infusum fuerit in lacte: sicut autem eorum ventres sic et epata non solum ad esum delectabilia sunt: sed maxime nutritiua. Testiculi gallorum iuuenum etiam sunt boni nutrimenti et multi facilis digestionis. Cerebella volatilium laudabiliora sunt cerebellis quadrupedũ quanto sicciora eis. Ipsorum autem volatiliũ que sunt montana cerebra sunt antiquorũ cerebris meliora proportionabiliter aliis partibus. Cristas et barbas gallorum non collaudauit aliquis nec vituperauit. De partibus autẽ exterioribus volatilium proportionabiliter est dicendum sicut in peditantibus dictum est. Partes enim anteriores sunt meliores posterioribus et dextera quam sinistra ꝛ pinguis mediocriter quam pinguedine denudata ꝛ propinqua cordi q̃ remota et ossuosa parum q̃ ossibus denudata Vnde sciendum q̃ ale volatiliũ et specialiter iuuenum pinguium ydonee sunt ad digestionem ꝛ nutritionem: ꝛ similiter gallinarũ ꝛ gallorum pinguium et iuuenum similiter et caponũ. Optime quidem sunt ille ale q̃ sunt nutritorum bene ꝛ iuuenum: pessime vero que macilentorum ꝛ proiectorum. Et est diligenter notandum q̃ volatilia que sunt dure carnis vt pauo et anser et antiquus capo ꝛ anas et grus indigent multa mora post eorum occisionem anteq̃ decoquantur ꝛ comedãtur ꝛ oppositũ est de volatilibus mollis carnis et facilis digestionis. Non enim indigent multa mora post eorum occisionem antequam decoquantur. Et quanto carnes volatiliũ sunt grossiores ꝛ minus putrefactibiles tanto indigent maiori mora vt carnes eoꝝ molleſcant ꝛ fiant magis apte ad decoctionem et digestionem vt eorũ aromaticitas reducatur de potẽtia ad actũ ex longa mora. Et pauones maxime indigent longa mora inter volatilia omnia et deinde agrones et grues: et deinde capones antiqui: deide galline et galli iuuenes. Cetera autem volatilia pauca vel nulla mora indigent. Bonum igitur est q̃ pauo conseruetur per tres dies vel q̃ duos et capo iuuenis vel galline iuuenes per duodecim horas ad minus ꝛ capo antiquus per viginti duas et grues et agrones per duos dies vel diem cum dimidio. Amplius diligenter est notandum q̃ modus decoctionis multum est considerandus in carnibus peditantium et volatilium. Nam que decoquuntur in aqua dulci dant corpori humidius alimẽtum et facilius digeruntur. Assata autem ꝛ frixa sicciora sunt ꝛ tale dãt corporibus nutrimentum: similiter domestica ceteris paribus dant aliis humidius nutrimentũ ꝛ facilioris digestionis et pluriũ superfluitatũ q̃ siluestria. Et habitantia in mõtanis et in locis siccis dant corpori siccius alimentũ ꝛ minorum supfluitatum et magis mundum ꝛ minus resolubile et difficilius conuertibile q̃ habitantia in locis aquosis et humidis. Et debet hec cõparatio fieri in eadem specie et ceteris paribus ex pte etatꝫ habitudinis et similium. Et q̃ limatie videntur habere conuenientiam

De membris volatiliũ.

Testiculus galli.

Ala bona.

De mora post occisionem.

Modus decoctionis.

De limacijs.

Digitized by Google

eum carnibus peditantiū ⁊ quidā ex eis quotidie comedunt breuiter hic de eis est transeundum in q̄tū habent alimēti virtutē. Sciendū igitur q̄ carnem habent durā ⁊ ꝓpter hoc indigestibilē si tamē digeratur maximi nutrimenti existit. Et quia aqua decoctionis earū est ventris subducius propter hoc aliqui condientes hoc brodiū cū oleo sale et vino vtūtur brodio ad secessum eorum que secundū ventrē. Si aūt velis solo nutrimento eis vti carnē huius animalis decoctā in aqua transpone in aliā aquam: deinde iterū illud decoques: et sic secundo et tertio decoques q̄ tenera fiat caro preparata eni sic restringit ventrē et alimentū sufficiēs corporibus exibet intantū etiam q̄ multum comperit volentibus impinguari. Multas bonas alias proprietates quas memini me scripsisse in consilio per me ordinato ad emoptoycam passionem: in quo etiam loco sufficientius electionem require limatiarum et modum preparationis et iuuamenti eorum.

¶Capitulum decimūoctauum de piscibus.

Pisces sunt natura frigiō.

Onsequēter determinandum est de piscibus. Sciendū igitur q̄ pisces respectu carniū ceteris paribus minoris sunt nutrimenti et facilioris digestionis et nutrimentū eoꝝ est magis supfluū et fleumaticum et frigidum et humidum et minus mansiuū. Et quidam dicunt q̄ sunt ad digerendū duri et longā faciunt moram in stomacho et sitim generāt: et si sint ad digerendū duri et longā moram faciunt in stomacho hoc est ratiōe frigiditatis et viscositatis: et q̄ꝫ eorū digestione laborat stomachus et interdū corrūpūtur in stomacho et qualitatem quandā suscipiunt putredinalem et sitim generant. Et vt sit ad vnū dicere carnium laudabiliū nutrimentū melius nutrimento piscium. Et est sciendū q̄ pisces

Pisces marini.

marini sunt meliores piscibus aque dulcis ceteris paribus. Eorum enim nutrimentum minus est superfluicum et fleumaticum et nature carnium magis propinquū: sed quia ceteris paribus pisces marini sunt duriores carnis piscibus aque dulcis: ideo sunt difficiliores digestionis et resolutionis et pluris nutrimenti et puriores. Vnde indicio meo meliores sunt in regimine sanitatis q̄ pisces aque dulcis. Et est diligenter notandū q̄ in piscibus tam marinis q̄ aque dulcis eligendi sunt quorū caro non est viscosa sed frangibilis: non multū grossa sed subtilis: non grauis odoris sed suauis: nec cite putrefactionis sed sufficientis durationis: non mali coloris sed albi et quorum habitatio non est in lacubus: stagnis: nec in locis sordidis: nec in aquis habentibus multas herbas: qui etiam non sint macri nec valde iuuenes nec valde magni. Et qui sunt velocis motus et pauce viscositatis. Et si pisces marini qui capti fuerint in fluminibus multum distantibus a mari: tales vtiq̄ pisces primis cōditionibus suppositis preceteris erunt eligendi. Amplius suppositis predictis condi-

Piscis squamosi melior

tionibus quanto squamosiores tanto meliores. Et similiter intelligatur de spinis. Hec enim significant puritatem substantie piscis. Inter pisces marinos capti et nutriti in mari profundiori et magis agitato et ad qō est cursus plurimum fluuiorum plurimū sunt et meliores. Et ex hoc concluditur q̄ pisces capti et nutriti in mari mortuo non sunt ita laudabiles

Digitized by Google

ſicut qui capti ſunt in alio mari. Et ſimiliter capti in mari meridionali nō ſunt adeo ſani ſicut in ſeptētrionali: quod magis eſt agitatū. Eſt enī magis tempetuoſum et velocioris fluxus et refluxus. Et ſimiliter intelligitur de piſcibus aque dulcis. Nam ceteris paribus quanto aqua eſt profundior et mobilior tanto piſcis in ea nutritus eſt melior. Ex his igitur elici poteſt ſufficienter qui piſces ſunt vituperabiles: et qui laudabiles de piſcibus qui ſunt in vſu. Jn his partibus gallicanis. Et primo dicemus de piſcibus marinis deinde de piſcibus aque dulcis. Dicamus igit q̄ beſtiales ſicut porcus marinus: canis marinus delphin et morua non multū cōpetūt in ſanitatis regimine. Sunt enim difficilis digeſtionis et groſſi humoris et multe ſuperfluitatis. Nec ī carnibus predictorū piſciū apparent cōditiones ſuperius enumerate: puta albedo ſubtilitas frangibilitas et q̄titatis mediocritas mot⁹ velocitas et odoris ſuauitas. Et ſi hos piſces et cōſimiles comedi cōtingat non ſtatim ſunt comedendi aut coquendi poſtq̄ capti ſunt ſed obſeruandi ſunt per aliquos dies quousq̄ eorum carnes moleſcant et tremeſcant ſine ſubſtantie corruptione. Amplius predicti piſces meliores ſunt ſemiſalſi q̄ recentes. Piſces autem perfecte ſalſi non cōpetunt in ſanitatis regimine ſicut nec carnes. Nam male nutriunt et parum et tarde. Et de alijs piſcibus marinis ſciendū q̄ cōſideratis cōditionibus ſupradictis laudabilibus mihi apparet q̄ roge tus et gornatus inter piſces marinos ſunt laudabiliores: nā eorū caro eſt alba ſatis ſubtilis et frangibilis boni ſaporis et odoris delectabilis et eorū ſubſtantia apparet puriſſima. Et poſt hoc plagitia et ſola: ſed horum caro eſt magis viſcoſa et minus frangibilis et minus alba et magis groſſa et minus ſubtilis nec horū ſapor aut odor eſt ita delectabilis. Et forte piſcis merlengus eſt laudabilior poſt rogerū. Non enim eſt tante groſſicici et viſcoſitatis ſicut plagitia et ſola et eius ſubſtantia eſt ſatis frangibilis ſed conſideratis ſapore et odore cū colore et ſubſtantie puritate et mobilitate deficit in bonitate a rogero et gornato: et ſimiliter intelligatur de allece. Et morua inuenis ſatis appropinquant predictis in bonitate cōſideratis predictis cōditionibus eſt tamen groſſior et viſcoſior predictis piſcibus. Salmōes autem ⁊ turbot et maquerelli et cōgri multum defficiunt a bonitate rogetor. Sunt em̄ multū groſſiores et viſcoſiores et magis ſunt ſupfluitate pleni. Unde non cōpetūt niſi exercitantibus fortibus iuuenibus robuſtis cū quibuſdam ſalſis eorum groſſiciei viſcoſitati et frigiditati repugnantibus. Rogia eſt propinquior predictis īmediate in bonitate ⁊ malicia. Sepia autē ceteris enumeratis eſt deterior ſicut facile eſt videre cōſideratis cōditionibus ſuperius enumeratis. Oēs em̄ piſces ſuperius enumerati meliores ſunt frixi vel aſſati q̄ elixiati. Et elixiati in vino cū quibuſcūq̄ ſeminibus vel herbis eorū viſcoſitati et frigiditati repugnantibus q̄ in ſimplici aqua cocti. Cutis aūt piſciū ſpecialiter frixor in multo oleo ſimpliciter eſt euitanda. Et vniuerſaliter de eor interiora euitāda ſunt q̄uis quorūdā piſciū epſa ſimiliter et capita ſunt guſtui multū delectabilia: ſicut patet de epara morue et capite eius: ⁊ de oculis quorūdā alior ſicut melius menouerūt lecatores. Preter aūt hos piſces marinos quidā alij de genere oſtracodermacū qui ſunt in vſu. Nos aūt ſolū facim⁹ mentionē de oſtreis et molis q̄bus ſolis gallici vti cōſueuerūt. Aqua decoctionis earū quādā habet viſcoſi

Electio piſciū.

Piſcis beſtialis

Rogerꝰ ⁊ gorna ſūt laudabiliores.

Merlengus.

Morua.

Salmon.

Rogia ſepia.

Modꝰ parandi.

Digitized by Google

tatem ratiõe cuius ventrẽ laxat: sed predictorũ caro pfecte cocta in pluribus aquis per decoctionẽ depurata inter alios pisces sufficienter nutrit sicut de limacũs dictũ est: ⁊ ventrẽ stringit et inter alios pisces plus stomachũ cõfortat et minori frigiditate ꝓcipat. Humor tamen a talib⁹ generatus sicut et ceterorũ piscium est crudus vt̃ fleumaticus: crudus q̃dẽ ostracozdermacũ habentiũ carnẽ durã et fleumaticus ostracozdermacũ habentiũ carnẽ minus durã cuiusmodi sunt et ostree et mole que sunt in vsu. Humor igitur ab eis generatus fleumaticus est sed minus q̃ ceterorum piscium. De piscibus aque dulcis que apud nos sunt in vsu dicam⁹ q̃ consideratis conditionibus superius enumeratis: puta coloris albedine: frangibilitate et subtilitate substantie et sapore et odoris suauitate ⁊ mediocri q̃litate et cõpetenti squamositate et veloci motu et aqua in qua reperiri cõsueuerũt bonitate meliores sunt piscibus qui capiũtur in aqua petrosa currente versus septẽtrionẽ ꝑfunda multe agitatiõis ad quam non cõfluunt sordicies ciuitatũ in qua etiam nõ sunt herbe male. Et mihi apparet q̃ parca et lucius mediocris obtinent primũ gradũ suppositio q̃ sint pingues. Et deinde vendosie et deinde lociazet q̃is carpo sit squamosior predictis tamẽ nõ habet carnẽ adeo albã nec frangibilẽ nec subtilem sicut lucius ⁊ parca et sepius reperit̃ in stagnis. Anguilla aũt dato q̃ sit laudabilis gustui tamen cõsideratis cõditionibus p̃dictis piscium est mala. Sed lãprede parue sunt laudabiliores anguillis ⁊ minus piculose. Non enim sunt tante viscositatis nec grossicies sicut pater ad sensum. Et sicut dicimus de anguilla inter pisces aque dulcis: sic intelligimus de lampreda. Vnde salua reuerẽtia vrentiũ iste piscis est valde piculosus q̃is sit ozi saporiosus. Mozũ enĩ piscium in aqua similis generatio gñationi serpentũ in terra. Vnde multũ dubitandũ est q̃ nõ sint venenosi. Vnde eoz capita et caude in quibus venenũ cõsueuit esse et similiter interiora spina nullomodo sunt edẽda. Bonũ est etiã propter eorũ viscositatẽ q̃ submergantur in vino optimo viue ⁊ dimittant ibidẽ quousq̃ mortue sint et deinde p̃parẽtur cũ galentina optimarũ specierũ secundũ q̃ coci magnorũ dominorum consueuerunt facere. Laudo tamen q̃ prebulliantur primo duabus ebullitionibus in vino et aquarel illa abiecta decoquãtur ad pfectionẽ et fiat galentina vel pastillatura vel assatura et cum salsamento appropriato comedãtur. Comodosi⁹ est tamẽ manerie huiusmodi piscium dimittere. Jam enĩ multi ex eorũ vsu sunt periclitati. Vnde cõsideratis cõditionibus supradictis inter omnes pisces pessimi sunt et minime comedendi. De cancris aũt flumialibus et marinis quasi eadẽ ratio est sicut de ostreis et molis nisi q̃ difficiliorĩ digestionis sunt et pluris nutrimenti sunt et non facile in stomacho corrũpuntur sicut multi aliorum piscium et habent quandã viscositatem ratione cuius laxant ventrẽ nisi decoquantur in pluribus aquis et sic aqua decoctionis eorũ fit maxime laxatiua. Et eorũ substantia ventrem constringit et sufficienter nutrit. Et est eius satis laudabile nutrimentũ inter pisces. Est etiam diligenter notandũ q̃ pisces corpus humectãt et lac et sperma multiplicant et multum cõperunt colericis: et loquor de recentibus piscibus. Non sunt comedẽdi pisces post forte exercitiũ vel post fortẽ laborem quia tunc de facili corrũpuntur. Amplius habentes stomachũ debilem vel malis humoribus plenum non gaudeant in esu piscium. Amplius sciendum q̃ pi-

Natura ostreoz.

Parca ⁊ luci⁹ vendosa.

Anguilla Lampreda.

Propẽtas piscũ

Digitized by Google

sces grossi et viscosi semisalsi meliores sunt recentes. Et saliti multi tẽporis non sunt boni. Amplius pisces et carnes nõ sunt simul edenda: nec pisces et lacticinia. Nec pisces comedẽdi sunt post alios cibos. Amplius pisces laudabiles parũ saliti et in pauca q̃ritate sumpti revocãt appetitum et ip̃m corroborant specialiter si quis habuerit appetitũ ad eos.

¶ Capitulũ.xix. de animaliũ superfluitatibus.

Onsequenter dicamus de animaliũ superfluitatibus que sunt in vsu: puta de lacte ouis et sanguine. Primo ergo dicamus de sanguine. Sciendũ igitur q̃ ois sanguis est difficilis ad digerendũ ⁊ maxime qui est grossus et melancolicus cuiusmodi est sanguis boum. Sãguis aũt leporis est alijs delectabilior. Et in multis est in cõsuetudine ip̃m coquere cũ epate et cum quibusdã alijs visceribus. Quidã etiã vtũtur sanguine porcorũ iuuenũ et magnorũ castratorũ: sed sanguis porcorũ nõ castratorum est indelectabilis et difficillis digestionis. Sanguinẽ aũt capriolorũ iuuenum quidã dicunt esse delectabilẽ. Amplius quidã dicunt q̃ bonus est sanguis gallinarũ et colũbarũ ip̃inguatorũ: et tamẽ est deterior q̃ porcorũ nõ castratorũ nec ad delectationẽ nec ad digestionẽ valet. Multum tamen deficit a sanguine leporũ: sed qz ois sãguis est idigestibilis et superfluicus secundũ quẽcũq; modũ quis ip̃m p̃parauerit nõ est vtendũ eo in sanitatis regimine nisi in casu necessitatis. Ma. sanguinis. Dis sanguis ẽ indigestibilis.

¶ De lacte.

De lacte sciendũ q̃ lac est boni nutrimẽti facilis digestionis et satis nutrit. Est aũt eligendũ lac mediocre et nõ subtilissimũ cuiusmõi est lac cameli nec grossissimũ et pinguissimũ cuiusmodi est lac vaccarũ et pecudũ. Eligendũ igit est lac capre nõ eni habet tantũ aquositatis sicut lac cameli quod nõ est aptum ad nutriendũ ratione nimie humiditatis nec habet tantũ pinguedinis et grossitiei seu caseitatis et butyrositatis sicut vaccarũ et pecudũ. Et cum cõponẽtia lac sunt magis cõmensurata in lacte et minus excedentia et excessa magis est cõuenies in sanitatis regimie. Lac eni humidissimũ ventris est subductiuũ. Et lac grossissimũ ⁊ pinguissimũ est venax opilatiuũ et ventositatũ generatiuũ et difficiliozis digestionis q̃ sit necessariũ in regimine sanitatis. Eligat igit lac corpenõ nimis ꝓpinquũ ptui nec nimis distantis a partu nõ pregnãtis: nutrire in bonis pascuis et in tpe quo reperiũtur meliora pascua in quo aialia sunt pinguiora. Et qz lac est facilis digestionis et corruptionis non est comedendũ cũ alijs cibis et specialiter cũ piscibus. Similiter comedendũ est cũ trahitur ab vrbe. Si eni remanet per tempus notabile corrumpitur a continente. Bonum est etiã q̃ amisceatur aliquantulum mellis vel zuccari vt ipsius corruptio impediatur, ventositatum in lateribus generatio, et dentium et gingiuarum lesio, et capitis grauedo. Vsus enim lactis capitis dolorem inducit et gingiuas laxas efficit et dentes putrefactibiles et corrosos causat. Vnde bonum est post assumptionẽ lactis trãsglutire aquam. De lacte capre. Lac facile corrũpitur. Facit dolorem capitis.

Digitized by Google

mellis et ſimiliter gargariſare et eſt eo os et dentes lauare ⁊ ſcō poſt aquam mellis vti eodem modo vino pōtico ⁊ ſpecialiter propter gingiuas et dentes. Et ſi dubitaremus capitis dolorem nullo modo poſt lac bibatur vinum niſi valde aquaticū. Quia autem magis grauātur ex vſu lactis ſunt habentes capita debilia ⁊ venas epatis ſtrictas ⁊ ſtomachū debilem ⁊ immundū. Vſus continuus lactis ſeroſi nō eſt periculoſus oībus ex vrentibus ſicut lactis non ſeroſi ſed caſeati plurimū. Nam lac caſeatum plurimū ledit eos q̄ ſunt diſpoſiti ad lapidis generationē ⁊ venarum opilationē. Pectori autē eſt oīe lac bonū ⁊ pulmoni. In q̄bus aūt dubitatur fluxus vētris abſtineant a lacte ſeroſo quia ventrē facile ſubducit. De lacte aūt coagulato ſiue ignito ſiue bullito ⁊ decocto ſcienduz q̄ lac bullitū ⁊ decoctū caret ſubſtantia ſeroſa: et ideo efficitur difficilioris digeſtionis maioris opilationis et vētoſitatis et groſſioris humoris nec tñ cōuenit in regimine ſanitatis ſicut ⁊ cetera. Et ſimiliter intelligitur de lacte decocto cum ferro ignito vel lapidib⁹ ignitis niſi q̄ lac iſto modo decoctū acquirit quandā ſtipticitatez ſeu ſtipticā qualitatē ratiōe cuius ſtomachū confortat ⁊ viſcera: ⁊ magis q̄ aliter coctū vel non coctum ſimpliciter. Vnde nō ita cito corrumpitur in ſtomacho. Et eſt cib⁹ conueniens ſatis his aquoſum ſtomachis cito deſcendit cibus anteq̄ digeratur perfecte. Et q̄ lac ventrem laxat ratione cuiuſdam nitroſitatis in aquoſitate lactis q̄ totū lac participat ⁊ non ſolū aqua ipſius. Bonū eſt q̄ cū lacte permiſceatur aliqua aqua mixta ſimul cum lactis ſeroſitate per ignitionem vel ebulitionem totaliter conſumatur ⁊ ſic preparatū lac erit ventris minime ſubductiuum. Lac autem coagulatū virtute coaguli diſtinguentis ſerū a caſeo ſiue ſeroſitate ſumptū eſt minus conueniens q̄ lac ſimplex propter ipſius groſſiciem: nec eſt ita ſtomacho conueniens ⁊ ceteris viſceribus ſicut lac per ferrum ignitum decoctū: ſz ſi comedatur ſerum ſimul cum caſeo in lacte ſic coagulato: quia eſt eadem ratio de lacte ſimplici ⁊ coagulato niſi q̄ ratione coaguli min⁹ laxabit ventrem ⁊ plus morabitur in ſtomacho ⁊ erit maioris caliditatis: ⁊ ratione diſtinctionis partium lactis natura magis laborabit in digerendo. Ū omnibus conſideratis minus competit in regimine ſanitatis q̄ lac non coagulatum. Preter maneries lactis enumeratas eſt vna maneries lactis acetoſi ⁊ eſt groſſioris ſubſtātie: difficilioris digeſtiōis: frigidioris cōplexionis. aliis maneriebus lactis ⁊ minus cōueniens corpozib⁹ ſanis et ad frigiditatē declinātibus: ⁊ ſpecialiter ſecundū ipſozum viſcera non competit: ſed dentibus et gingiuis ⁊ capitib⁹ ſanozum corpozum minus obeſt. Non enm ſic capitis dolorem inducit nec gingiuas laxat nec dentes ad putrefactiones corroſiuam diſponit: ratione tamen ſue frigiditatis dentes ledit ⁊ neruos ſicut alia frigida. Nam frigidum inimicum eſt neruis dētibus ⁊ oſſibus: ⁊ ſpecialiter ſi tota complexio corporis ad frigiditatē declinet ⁊ tempus ⁊ eras frigida fuerit ⁊ eo magis ſi cerebrū ⁊ orta ab eo a radicali cōplexiōe declinet ad frigidū. Et vt ſit advnū dicere corpib⁹ ſanis nō cōperit via cibi ⁊ minus corpozib⁹ frigidis ⁊ ſpecialiter tēpore frigidio ⁊ etate ſenili. Corpozibus tamē colericis ⁊ ſpecialiter ſcōm eoz viſcera ⁊ tpe et etate ⁊ regione calidis hoc lac ſatis ē cōueniens et ſufficienter digeritur ⁊ cōuenienter nutrit: nec i eoz ſtomachis acetoſabitur. Amplius nec in fumos colericos cōuertetur. Calidis igit

Incōmoda lactis

Pectori confert.

De lacte cocto ignito.

Ventrē laxat.

Lac coagulatū.

Digitized by Google

corporibus lac acetosum nō solū nō obest sed sufficiēter ꝓdest. Sed habentes renes calidos et meatus strictos nō debēt hoc lacte vti. Nā eius est causa generatiōis lapidis in talibus corporibus et opilationis venarum. Si autem habet meatos amplos specialiter secundū renes et vesicam: improportionabiliter caliditati generationis lapidis periculum totaliter est sublatum. Lac gñat lapidē.

De caseo.

De caseo vero est sciendum ꝙ caseus recens est frigidus et humidus ⁊ grosse substantie et difficilis digestionis et opilatiuus et lapis generatiuus et nō multū cōpetit via cibi in regimine sanitatis. Et caseus vetus est calidus et siccus propter sal et tendit ad adustionē difficile digeritur: parū nutrit et male et minus cōpetit ꝙ recēs. Et si aliquis caseus est bonus: medius est inter nouū et veterē viscosum et frangibilē durū et mollē et parū declinans ad aliqualē dulcedinē nō nimis salsus nec nimis paꝝ nec albi coloris nec spongiosus nec lachrimosus cū inciditur: nec cedens tactui cōprimēti ad modum panis bene fermentati non leuis sed ponderosus: saporis delectabilis et boni odoris: cuius in stomacho mora nō est diuturna: ex bono lacte cōuenienter factus sufficienter vnctuosus. Talis vtiqꝫ caseus bonꝰ est et inter alios magis est eligendus: et post cibū sumptū nō multū nocere potest in regimine sanitatis. Multa vero quātitate quicūqꝫ caseus sumptus in via cibi vniuersaliter est malus: stomachū grauans: et inobediens digestioni: et opilatiuus et lapidis in renibus generatiuꝰ: ⁊ humorum grossorū in corpore causatiuus. Solus igitur ille caseus est sanus quē dat auara manus. Parū nutrit. Multa ꝙtitas mala.

De butiro.

De butiro autē sciendum ꝙ ratione sue humiditatis et vnctuositatis plurime nō cōpetit via cibi īmo si qs eo vtatur in quātitate notabili abominationē inducit et facit cibū supnatare in orificio stomachi et ventrē plus debito laxat et vomitum inducit. Nullo ergo modo butyrū est comedendum via cibi: et in quantitate notabili et specialiter nō comedatur post alios cibos sed ad condimentū cibarioꝝ satis cōuenit sicut oleū oliuaꝝ ꝙuis butyrū sit calidus oleo et multū humidus. Et quando vtimur butyro ad comedendū cum alijs cibarijs siue ad cōdiendū nō est tantū decoquendū sicut oleum. Nā est maioris passibilitatis ꝙ oleū. Unde ex magna ebulitione virtus eius totaliter exalat: sed oleum est magis viscosum et minus resolubile et ideo plus sustinet de ignis acuitate quapropter ex eo ꝑfectius cibaria condiuntur ꝙ ex butyro: sed carentes oleo vtūtur butyro loco olei.

De ouis

De ouis est sciēdū ꝙ oua gallinaꝝ ⁊ fasianoꝝ iuuenū et pinguiū sunt bona in sanitatis regimine ⁊ alijs ouis simplicit meliora supposito ꝙ sint recētia. Et iter oua recētia gallinarū ceteris paribus oua paruula oblonga sunt meliora. Uñ ꝟsus. Uersus.

Filia presbiteri iubet ꝓ lege teneri. Quod bona sunt oua candida: lōga noua. Amplius oua tremula sunt meliora duris ⁊ sorbilibus: et talia oua sunt multi nutrimenti et boni et facilis digestionis et generant sanguinē maxime ꝓportionalē cordi. Unde cōualescentibus senibus et debilibus maxime cōueniunt specialiter vitellū. Et albumen oui nō est malū si non sit induratum. Album tamen durū simpliciter est euitandū. Oua aūt ī cineribus indurata et frixa in patella quousq; sunt īdurata respectu tremulorum pessimum dant corpori nutrimentū ⁊ sunt difficilioris digestionis et multarū supfluitatū. Sorbilia aūt sunt facilis digestionis et leniunt pulmonem et pectus: ventrem subducunt: et minus nutriunt q̄ tremula. Cocta autem et indurata sunt difficilioris digestionis et mali nutrimenti et tarde pertransiunt. Meliora aūt coctis et assatis sunt que vocantur suffocata seu in aqua et oleo preparata cū aliqua portione salis vsq; ad aliqualem consistentiā decocta ⁊ nō indurata. Nam indurata sunt similia coctis et assatis. Sic igitur preparata nostris corporibus in regimine sanitatis sunt magis cōuenientia. Oua aūt anserū: strutionū et aliorū volatiliū in regimine sanitatis predictis sunt minus cōuenientia vel simpliciter euitanda. Amplius oua que dicūtur oua venti que sunt sine coitu masculi minora sunt alijs: et minus cōuenientis saporis quoniā non cōpleta nec ita digesta sicut alia. Unde puto ꝙ in regimine sanitatis sunt minus conuenientia.

Oua tremula.

Sorbilia

Oua āserū et anatum.

Oua vēti

De melle et zuccaro.

Quia in regimine sanitatis vtimur melle et zuccaro: ideo de istis duob⁹ cōsequēter est aliquid dicēdū: q̄tū sufficit ad regimen sanitatis. Sciendū igitur ꝙ parū nutriunt: sed eorum nutrimentum est satis laudabile. Et nutrimentū mellis calidius est nutrimento zuccari et senibus et fleumaticis et natura frigidis cōuenientius. Corporibus aūt calidis natura et iuuenibus nō cōuenit mel. Nā in corpibus taliū ī colerā rubeā faciliter cōuertetur: ⁊ corpus non nutriet: sed a sua cōplexione naturali distrahet: zuccarū etiam talibus corporibus ratione sue passibilitatis in coleram cōuertit cōsueuit. Corporibus igitur in caliditate notabiliter lapsis nō cōpetit mel: nec corporibus etiā tēperatis in etate: tempore et regione calidis: q̄uis zuccaꝝ possit talibus corporibus aliquādo cōuenire. Colericis tamē iuuenibus et in estate non cōpetit: sed in alijs cōpetit: puta fleumaticis et melancolicis: et sanguineis: et temperatis in quibus non est tante caliditatis dominium ꝙ zuccarum in eis ad coleram cōuertat. Eligatur autē mel vernale: saporis dulcis: coloris palearū inter albū et rubeū: substantie nō liquide sed viscose: sit mel roris quod est mel apū tēperatius. Hoc tamen mel apud nos nō colligitur nec inuenitur: sed in partibus meridiei valde calidis et specialiter in mōtepessulano. Multum etiam consideranda est natura arborum: super quibus inuenitur mel roris. Nam secundū ꝙ arbores sunt alterius et alterius nature: sic ⁊ mel. Si enim inueniatur mel super arboribus calidis erit calidius: et super tēperatis vel frigidis erit minus calidum. Et similiter intelligatur de melle apum. Multum enī cōsideranda sunt loca habitationis apum: et ex quo rore: et super qua specie floris vel arboris nutriuntur. Est autē quoddam genus mellis quod

Mel et zuccarū generāt coleram.

Electio mellis.

Digitized by Google

est acre: cuius natura est venenosa: quod est simpliciter euitandum. Mel coctum cum aqua vel sine aqua et despumatū: plus nutrit et minus inducit: et est minus ventosum. Et si quis assiduet mellis crudi comestionē inducit vomitum. Mel autem cum aqua coctum est magis vtile prouocatiuum quam decoctum sine aqua. Mel acre. Mel coctum.

¶Capitulū.xx. de sapozibus et cōdimētis.

¶Onsequenter est dicendum de condimētis et sapozibus. Ea enim ex quibus cibaria conditūtur sunt in sanitatis regimīe non modicū vtilia: tamē quia per condimenta gustui efficiūtur delectabiliora: et per consequens digestibiliora. Nam quod est delectabili? est ad digestionem melius: tum quia per cōdimēta additur bonitas: et corrigitur malicia. Ea autem ex quibus cibaria communiter conduntur: sunt sal: oleum: sagimen et butyrum. Experientia enim docet q̄ comestibilia que comedūtur sine sale sunt ozi insipida: et stomacho minus acceptabilia. Sal igitur comestibilis addit bonitatē sapozis et malicia existentē in comestibilib? ab humiditate quadam idigesta et aquosa aufert. Et sic perfectius cum sale digeruntur et decoquūtur q̄ sine sale. Salis eni proprietas est humiditatem extraneam desiccare: et deinde fortius quod manet constringere et adequare. Et ex dictis potest elici sufficienter que cibaria in eozum condimento indigent pluri sale: et que pauciozi. Nam cibaria superfluica et humida et cum hoc grossa: indigent pluri sale. Cibaria autem sicca nō superfluica subtilia: indigent in eozum condimentis minimo sale et intermedia eozum indigent mediocri sale. Ex dictis igitur elici potest que carnes sunt conuenientiozes saliture: et que minus. Et similiter de piscibus. Nam carnes minime apte saliture: sunt carnes subtiles: sicce nō superfluice: vt carnes volatilium: puta gallinarū: et perdicum: et fasianozū et allaudozum et cuniculozum: et lepozum iuuenum et similium. Et per oppositum carnes superfluice et humide saliture sunt maxime conuenientes: puta carnes porcine. Carnes autem bouine non sunt ita conuenientes saliture. Nam dato q̄ sunt grosse et superfluice: non tamen sunt humide: sed sicce. Et similiter intelligatur de piscibus. Nam pisces habentes carnes subtiles non superfluicas nullo modo conueniunt saliture. Et specialiter si sint parui: sicut sunt pisces petrosi: sicut parca: et vendosia: et similes pisces. Pisces autem bestiales habentes carnem duram et superfluicam ꝛ cum hoc humidam sunt saliture maxime conuenientes sicut patet de porco marino et balena. Nam sal si nō salsis preualent: dū saliturā non fit longi temporis. Sic igitur patet q̄ salis condimentū in sanitatis regimine est necessarū. Amplius in defectu carnū ad cōdimētū olerum et leguminū non sufficit sal et aqua: sed indigemus oleo et butyro vel sagimine. Nam quia legumina et olera sunt nature melancolice et terrestris: bonum est ea condiri cū aliquo vnctuoso eozum terrestreitatem obtemperante: ex quo etiam sapoz eozum efficitur delectabilioz ꝛ suauioz: et per consequens ad digerendum et nutriendum melioza. Oleum autē oliuarum inter olea ex quibus cibaria conduntur esto ulcius temperatius: et nature amicabilius. Oleum autem nucum multū

Propzietas salis.

De piscibus.

Pisces bestiales

Oleū linarū.

Digitized by Google

est calidum et siccum: et similiter oleum lini: nec eorum sapor est sic natu-
Oleū nucum. re amicabilis. Oleum autem papaueris quo vtuntur aliqui est boni sa-
poris ⁊ odoris. Sed declinat ad frigiditatem. Unde sic non competit in
Oleū papauerū. regimine sanorum. Oleum autem amigdalarum dulciū est satis lauda-
Oleū amigdalarum. bile: et propinquum temperamēto. Et in defectu olei interdum vtimur
butiro: sicut supra dictum est in capitulo de lacte ⁊ animalium sufficien-
Sagimē tibus. Sangimine autē ⁊ specialiter porci interdum vtimur ad condimē
tum cibariorum propter defectū et propter quasdam causas que superi-
us dicte sunt. Saporum delectamēta ad voluptatem magis quam pro-
pter necessitatem a lecatoribus fuerunt primitus adinuēta. Unde non
multum sunt necessaria in sanitatis regimine: immo interdum talium sa-
Pro lecatoribꝫ. porum delectamenta inferunt nocumenta. Nam propter talium saporū
placentiam homo plus comedit ꝙ natura requirat. Unde homo existēs
sanus et in naturali dispositione tales sapores non appetit nec via cibi:
nec via potus sicut consideranti patet. Et si aliquis sanus tales sapores
appetat hoc forte est ex consuetudine. Et quia consuetudinem iam indu-
ctam difficile: immo impossibile et damnosum est subito permutare. Dā
dum est enim aliquid consuetudini. Ideo intendo hic breuiter de saporī-
bus pertransire. Primum autem ꝙ in saporibus omnibus est obseruan
dum: suppositā corporum sanitate est ꝙ ex eis parum sumatur ⁊ quanto
sapor plus distat a temperamento et a natura cibi ⁊ potus: tanto minus
sumatur de eo: et quanto sapor est temperatior et nature cibi vel potus
propinquior: tanto plus potest ex eo sumi. Amplius considerandum est
ꝙ temporibus calidis sapores declinent ad frigus vel ad calidum val-
de parum: et in tempore frigido econuerso. Materia igitur saporum in
estate sit veriutum: vel aggresta de summitatibus vitis: vel acetum: vel
succus limonum: vel citrangulorum vel granatorum cum zucaro ⁊ aqua
rosata et amigdalis et panis assatus infusus in aliquo supradictorum: si
Sapores estatis. ne alleis et speciebus calidis. Et interdum in saporibus qui fiunt in esta
te potest addi aliquantulum serpilli ⁊ petrosilini ad obtemperandū frī-
giditatem predictorum. Materie autem saporum competentium tēpo-
ribus frigidis: sunt sinapium: eruca: zinziber: piper: cinamomum gario-
phili: allea: saluia: menta: serpilum: et petrosilinum: vinum aqua carniū:
acetum non forte sed propinquum nature vini. Et in temporibus medio
cribus sunt sapores mediocres eligendi. Amplius diuersificantur sapo-
res ratione cibariorū pro quibus fiunt. Nam alia ⁊ alia cibaria indigēt
alio et alio sapore: sicut sciunt dominorum coci. Castratorum igitur elixa
torum et similiter vitulorum ⁊ capreolorum ⁊ huiusmodi sapor conueni
ens est salsa viridis. In estate quidem aceto et agresta cum paucis spe-
ciebus sine alleis: puto cum petrosilino: zinzibere albo ⁊ agresta: et ace-
Sapores hyemis. tō et pane assō infuso in aceto vel agresta: in hyeme fit eadē salsa cū plu-
ribus speciebus et pauco alleo: ⁊ optimo vino: ⁊ pauca agresta: vel pōt
sufficere sinapium vel eruca. Sapor autem carnium bouinarum et elixa
tarum est piperbulitum quod fit ex pipere: et pane assō et aqua carniū: ⁊
pauca aqua in hyeme. Et in estate cum pipere pauco: ⁊ multa agresta.
Et idē sapor est saris conueniens carnibus porcinis: ⁊ specialiter in hye-
me: ⁊ potest sufficere sinapium vel eruca. Sed quando comeditur eruca
debet pistari cum amigdalis: ⁊ distemperari cū aceto in estate et hyeme

Digitized by Google

cum optimo vino. Possunt etiam carnes porcine frigide comedi in estate cum aceto ⁊ petrosilino in principio refectionis. Sunt autē p̄dicte carnes pastilentur: ⁊ specialiter porcine ⁊ bouine. In hyeme quidē apponatur cepe album cum puluere specierū forti et cū agresta. Et in estate cū puluere specierum dulci in pauca quātitate: sine cepis: cum veriuto ⁊ caseo butiroso. Uel possunt apponi cepe parue ⁊ in parua q̄titate. Si autē pastillatura fit ex carnibus subtilioribus: nō apponatur cepe: sed in estate lac amigdalarum cū agresta ⁊ pauco puluere: specierū dulci: ⁊ in fine potest apponi ouiū conquassatum cum agresta: sed in hyeme loco agreste apponatur vinum: ⁊ plus de speciebus. Assature autē cuniculorum ⁊ pullorum iuuenum cōueniens sapor est: salsa camelina in aqua basis ⁊ cynamomum: et panis mica cum agresta quidē in estate: ⁊ cum vino in hyeme. Assature porci sapor conueniens est: liquor descendens conquassatꝰ cum optimo vino ⁊ cepis in hyeme: et in estate viridis salsa superius nominata. Et potest sufficere sinapium in hyeme: vel eruca modo predicto preparata in estate. Assature autē perdicum: fasianoꝝ: ⁊ columbarum: ⁊ turturum nullo alio sapore indigent nisi sale. Caponum aūt et gallinarū elixatarū conueniens est sapor aque decoctionis eoꝝ cum aliquātulo puluere specierū dulci: et precipue si in predicta decoctione addatur saluia: hysopus petrosilinum per hoc in hyeme: ⁊ in estate sufficit sola aqua cū aliquantulo croci addito succo summitatū vitis. Sed caponū ⁊ gallinarum pinguium pastillarum sapori nichil penitus est apponendū: nisi aliquantulum pulueris specierū ⁊ in fine agresta supradicta in estate: et optimū vinum in hyeme. Sapor eorum cōueniens in assatura in hyeme (alba allea dicitur) bullita cuius compositionē coci sciunt. Uel potest sufficere vinum cū eis conquassatum cum aliquantulo pulueris specierū laudabiliū: et specialiter vinum dulce. Sed in estate sit vinū debile vel agresta: et minus apponatur de puluere specierū. Assature anserū: ⁊ anatum: et similium in aquis degentium sapor est piperata: nigra et bullita. In hyeme quidem sine aceto ⁊ agresta et cum vino. In estate cum vino ⁊ agresta et pauciori pipere q̄ in hyeme.

De pastillis.

Assatura

De elixatis.

Saporādi modꝰ.

Sapor auiuz degentiū in aquis.

De saporibus et condimentis piscium.

De piscibus autem sciendus est generaliter q̄ quanto sunt grossioris carnis: ⁊ difficilioris digestionis: et plurium supfluitatum: et humidioris nature: tantum indigent saporibus calidioribus et acutioribus. Et hoc est verum non solū in piscibus: sed in carnibus. Unde sequitur q̄ pisces bestiales et specialiter porcus marinus siue assatus siue elixatus indigent salsa fortiori et acutiori. Et huiusmodi sapor est piperata nigra bullita et alleata alba bullita. Et quanto pisces marini et dulcis aque magis appropinquant ad predictos pisces: tanto magis indigent saporibus similibus. Anguilla autē et murena: et lampreda requirunt pro sapore gelentinam ex fortibꝰ speciebus: cuius cōpositionem nouerunt coci magnorum dominoꝝ. Anguille autem et murene interdū comeduntur in assatura: et tunc sapor conueniens est salsa viridis cum fortibus speciebus et vino in hyeme: ⁊ cū debilibus speciebus et agresta: ⁊ aceto in estate. Et similiter intelligat̄ de cōgro. Sapor autē salmonū elixatorū est piperata nigra bullita. Fortis

Anguilla et murena.

Digitized by Google

quidem in hyeme: et debilis in estate: sicut de porco marino superius dictū est. Merlengox elixatox: vel assatox: vel frixox: ⁊ alia huiusmōi sapor est synapium dulce: vel eruca superius descripta. Rogatorum ⁊ gornatox sapor cum elixantur est salsa camelina. In hyeme quidē acutior: ⁊ cum vino in estate quidem obtusis speciebus agresta. Assatorum autem et frixox sapor est salsa viridis superius nominata. In hyeme q̄dem est acuta specieb⁹: et cū vino. In estate vero obtusa speciebus: ⁊ cū agresta et acero. Vel assatox salsa cōueniens ⁊ apud gallicos vsitata est vinū in quo disparatum est zinziber album: bullitū: ⁊ sup assaturā p̄iectū et hoc in hyeme. Sed in estate fit idem cū agresta ⁊ pauco zinzibere. Frixorus piscium paruorū aque dulcis sapor conueniens est salsa viridis. Sed elixatox in aqua sapor cōueniens est synapium: vel eruca: vel cepe albū decoctū⁹ cum eisdem. Lucius elixatus vel barbellus similiter p̄e salsa reḡ runt salsam viridem superius nominatam. Et similiter si frixētur vel assantur: vel vinū vel agresta in q̄bus distemperatū sit zinziber album bul
Cancer. litum: et sup assaturam p̄oiectum. Cancrox sapor est acerum simplex in estate: et in hyeme vinū vel acetū cū puluere quarūdam specierū. Ostrearum autē sapor si frixentur est agresta simplex in estate: ⁊ cum puluere quarūdam specierū in hyeme. Potest etiam ex eis fieri poragiū: vel ferculum croceū: vel albū cum amigdalis. Hec igitur sufficiāt de saporib⁹.

¶ Capitulū. xxi. De potib⁹ naturalib⁹ ⁊ artificialib⁹

Ostq̄ determinauim⁹ de cibis in spāli: cōsequēter est determinandū de potibus. Sciendū igit q̄ quidā est potus q̄ est medicina pure: q̄dam est potus pure: et quidam est potus ⁊ medicina simul. Potus q̄dē pure medicina est sicut syrupus digestiuus vel laxatiu⁹: vel nectar seu claretū ex forti vino ⁊ specieb⁹: qō datur in fine ad cō fortandū virtutē digestiuā in stomacho solū. Potus autē q̄ est pot⁹ ⁊ medicina simul est (verbigratia) syrupus violax rosarū vel nenufaris qui in estate exibentur ad sitim cōpescendam: ⁊ malam distrā siam accidentalem remouendā. Potus autem pure potus est qui datur ad cibi delationem: vel permixtionē: vel estuationē: vel sitis a cibo inducte remotionē: sicut superius memini me dixisse in capitulo de comestis et bibitis in generali. Potus autē pure potus est duplex. Naturalis ⁊ artificialis. Naturalis est duplex: scz vinum: ⁊ aqua. Isti potus sunt in vsu apud nos. Et inter potus de his sapiētes latini: arabes: ⁊ greci fecerunt mētionē: q̄uis alique gentes vtantur lacte loco potus: ⁊ aliq̄ oleo: ⁊ aliq̄ syrupis q̄busdam in sanitatis regimine. Sed q: hoc modo non est cōsuetū apud nos: ⁊ puto q̄ non est artificiale: de his potibus nullā facio
Pot⁹ artificialis. mentionem. Potus aūt artificiales qui apud quosdā nostrum sunt in vsu sunt hi: ceruisia vel ex ordeo vel ex auena: pomerium: ceraſū: boschetum seu mellicratum: potus artificialis. Sed q: de aqua sufficienter dictum est in primo capitulo secunde partis huius operis: de ipa ad p̄sens nichil penitus est dicendū. Sed de vino: de quo superius in capitulo de

Digitized by Google

comestis et bibitis dictū ē in generali Sciendū ꝙ q̄uis in sitis extinctione aq̄ sit conueniētior potus q̄ vinū: tñ omnib⁹ consideratis vinū est potus cōueniētior in regimine sanitatis q̄ aqua. Nā dato ꝙ in sitis repressione q̄ est appetit⁹ frigidi ⁊ humidi: hmōi aq̄ vniuersaliter melior sit: qꝛ frigida ⁊ humida naturaliter: tñ in cibi ꝑmixtione ⁊ eiusdē delatione ad partes corporis extremas vinū preualet aqua. Nā vinū ratione sue subtilitatis in substātia ⁊ actione facili⁹ cibis ꝑmiscetur: et spāliter qꝛ natura magis delectat̄ in eo: ideo citi⁹ attrahit ip̄m: ⁊ aliis cibis ꝑmiscet. Et specialiter qꝛ hec permixtio fit ꝑ viam cuiusdā ebulitionis: quā vinū magis iuuat rōne virtualis caliditatis: ⁊ aqua impedit ratione frigiditatis Et sic patet ꝙ vinū p̄ualet aqua in ciboꝝ permixtione. Et simili modo p̄ualet in eoꝝ delatione. Nā vinū est optim⁹ penetrator: q ꝺ ei attribuitur ratiōe subtilitatis sue substātie: ⁊ rōne sue caditatis virtualis. Talia em̄ sunt multū penetratiua: ⁊ ꝑ ꝯsequens vinū est magis delatiuū q̄ aqua: in qua nō est virtualis caliditas: nec substātie igneitas ⁊ aereitas. Vñ aq̄ mora trāseundo impedit oēm cursum: sicut memini me superi⁹ dixisse in capitulo p̄mo scd̄e ꝑtis hui⁹ operis. Ampli⁹ motus alimēti ad mēbra est a virtute attractiua. Et qꝛ mēbra magis diligūt vinū q̄ aquā: plus iuuabit ad delationē nutrimēti ad mēbra q̄ aqua. Amplius ex alio: aqua nō est ita cōueniens potus vt vinū: qꝛ aqua impedit alimentū nutrire: eo ꝙ nō nutrit. Si igitur ꝑmisceatur cū eo qd̄ nutrit: illud vtiq̄ min⁹ nutriet. Vñ quāto cib⁹ est magis aquaticus: tanto est min⁹ nutritiuus. Bonū est igitur ꝙ vinū ꝑmisceat̄ cū cibo qd̄ nō solum non impedit nutritionē: imo multū iuuat: qꝛ vinū est maxime nutritiuū: ⁊ maxime restauratiuū: ⁊ velocissime nutrit. Amplius vinū ꝯfortat calorē naturalē ⁊ spiritū: et totū corpus calefacit q̄ multū faciunt ad nutritionē. Et aqua rōne sue frigiditatis paralyticat: ⁊ mortificat: et oēs aīe opationes destruit. Vñ non ponit pedes in opationibus nature per se. Vñ ip̄ius solius nō videtur aliq̄s vsus nisi forsan ꝙ in acutis bibat̄ morbis. Amplius vinū habet alias bonitates quas nō habet aqua. Est em̄ bon⁹ penetrator in toto corpore: et fleuma grossum incidit: ⁊ resoluit ip̄m: ⁊ coleram rubeā cū vrina ⁊ sudore extrahit: ⁊ colerā nigrā calefacit ⁊ facit exire: ⁊ flectit ip̄ius nocumētū: et materias coagulatas dissoluit. Ampli⁹ ingeniū clarificat: iram cōpescit: tristiciā remouet: gaudiū inducit: libidinē incitat ⁊ īmundicias expellit: audaciā causat: auariciā fugat: liberalitatē īducit. Et vt sit ad vnū dicere: vinū reddit hoīem virilē ⁊ scd̄m corpus: ⁊ aqua femineū. Vñ ceteris paribus nō bibētes vinū sunt effeminati respectu bibentiū vinū. Vñ cōpertū est ꝙ q̄dā nō bibens vinū primo: ⁊ postea ꝯsuet⁹ bibere vinū: melior scd̄m aīam, ⁊ scd̄m corpus effect⁹ est. Sic igit̄ potus vini ꝯueniētior est ī sanitatis regimīe q̄ pot⁹ aq̄. Immo nō approbo potū aq̄ simplicis in sanitatis regimīe. Has bonas ꝓp̄etates vinū hꝫ debito mō exhibitū. Et si īdebite exibeat̄ vsq̄ ad ebrietatē: rōem rōnalis aīe ⁊ lumē extīguit: virtutē bestialē irrationabilē īducit: ꝯcupiscibilē ⁊ irascibilē ꝯfortat: ⁊ rōni inobediētē reddit. Et sic remanet corp⁹ sicut nauis in mari sine gubernāte: ꝓp̄t qd̄ fauet cui nō ē fauēdū: ⁊ laudat qd̄ nō ē laudādū. Et īterdū facit loq̄ pessima cū ira ⁊ suꝑflua suꝑbia: ⁊ finalit̄ facit opari pessima: puta adulteria ⁊ turpissima homicidia. Ampli⁹ īdeꝑite sūptū cerebrū ⁊ neruos mirabilit̄ ledit: ⁊ ꝑalisyꝫ: ⁊ stuporē: et cet̄as hūorales egritudīes īducit.

Vinū optimus penetrator.

Vinū filius nature dicit̄.

Vinū cōfortat virtutes.

Laudes vini.

Indebite sumptum multa mala facit.

Et vt sit ad vnū dicere: cito tales moriūtur et seneſcūt: et talibus melius esset q̄ biberēt aquā q̄ vinū. Ut igitur nō cadat error ex vini administratione: cuius debite administrati tot sunt iuuamēta et indebite nō minora nocumēta ponēde sunt regule q̄ obseruāde sunt i potu vini. Prima regula. Prima regula est q̄ vinū stomacho ieiuno et corpe famelico nō est bibēdū. Facit enī cadere in spasmū: et mētis lesionē et alienationē. Et si aliquē cōtingat sitire ieiuno stomacho: sciat hanc sitim nō esse veram: nec naturalē. Nam sitis vera et naturalis est ꝓpter estuationē factā a cibo preassumpto: qō in ꝓposito esse nō potest. Jn tali igitur siti nō est bibendū vinū: niſi simul aliquid comedatur. Potest tamē a sedationē sitis bibi iulep: aut aliquis syrupus appropriatus: vel zuccarū rosatum cū aqua. Stomacho vacuo igitur nullomodo bibatur vinum. Scōda regula. Secūda regula est q̄ inter duas comestiones cibo sumpto adhuc in stomacho non digesto: vinū non est bibēdū tum quia digestionē interrūpit: tū quia facit indigestū cibū de stomacho descendere. Tertia regula. Tertia regula est q̄ post forte exercitiū nō est bibendū vinū. Nam hoc multū ledit neruos et cerebrū. Quarta regula. Quarta regula cōsideranda in vino est q̄ vina mixta cū aqua pauca citius inebriant: et ad cerebrū et ad neruos citius penetrāt: et specialiter sint vina grossa. Quinta regula. Quinta regula est q̄ malis cibis et fructibus comestis et digestis i stomacho nō debet bibi bonū vinū et subtile eo q̄ faceret malicia cibox ad mēbra citius penetrare. Et hoc est verū in q̄titate notabili: sed si bibat in q̄titate pauca ad intentionē pmixtionis: corriget malicia cibox malozū: et digestionē cōfortabit. Sexta regula. Sexta regula est quod si in eadē mensa vinū forte bibatur et debile incipiendū est a debili: et vltimo forte est bibendū. Nā digestio in orificio stomachi est debilior que vino forti ꝓfortabitur. Amplius vinū forte cū maiori delectatiōe suscipitur: et sic stomachus totū cibū ꝓfectius amplectitur: et os stomachi ꝓfectius claudit. Amplius si vinū forte recipereturante: dubitandū esset ne ratione subtilitatis et actionis ante pfectā digestionē descenderet a stomacho et reliquū cibū indigestū secū traheret. Et specialiter q̄ cetera mēbra diligunt vinū forte plus q̄ debile et sic citius traherent q̄ esset oportunū. Septima regula. Septima regula est q̄ vinū quod bibitur ad cibi permixtionē: debet recipi simul cū cibo: nec debet expectari sitis: q̄ vinū quod bibitur ad sitis inducte a cibo extinctionē debet sumi in fine totius digestiōis: et plus vel minus secundū q̄ maior vel minor est sitis. Sed vinū quod est potus delatiuus sumi debet cōpleta ꝑma digestiōe ⁊ parū ante horā suscipiendi aliū cibū sequentē. Et talis potus specialiter cōpetit quando cibaria primitus sumpta fruerint grossa i substantia et actione. Nec debet expectari sitis ad talem potū suscipiendū. Nam talis potus preparat stomachū ad suscipiendū sequentē cibū et iuuat transitū cibi ad epar: nec debet esse talis potus magne q̄titatis: vt cito possit digeri. Non enī ymaginandū est q̄ ante digestionē ipsius in stomacho trāseat ad epar. Sed si talis potus delatiuus esset aqua nō oporteret expectare ei⁹ digestionē aī penetrationē ad epar. Octaua regula. Octaua regula est q̄ qñ cib⁹ est grossior et siccior: ⁊ frigidior pot⁹ pmixtiu⁹ et delatiu⁹ debet esse maior et ecōuerso quādo cibus est calidior: subtilior: et humidior: potus pmixtiu⁹ et delatiuus debet esse minor. Et specialiter quāto cibus est grossior: et frigidior: et digestioni lobediētior: tāto vinū pmixtiuū vel delatiuū debet esse subtilius et fortius. Et quāto cibus est subti

lior:et calidior:⁊ digestibilior:tāto pot⁹ debet esse debilior. Unde forti⁹ vinum bibendum est cum carnibus bouinis q̄ pullinis: et fortius bibendum est cū piscibus q̄ carnibus regulariter. Nona regula q quādo quis est valde sitibundus:tunc vinum eius debet esse subtilius et colore remissius. Et quanto aliquis est minus sitibundus:eius vinū potest esse forti⁹ et rubicundus. Uina enim fortia cōuenientia non sunt ad extinguendum sitim. Decima regula est q pueri et nutrices nō debent bibere vinū nisi parum et valde debile: et aquaticum. Senibus autem competit vinum forte:et odoriferum:et saporosum. Unde pueris dare vinum specialiter forte:est ignem addere igni. Et est alia ratio. Nam pueri habent neruos debiles:et cerebrum valde passibile et debile:vnde cito leduntur a vino Etiam vinum non est bene proportionabile complexioni eorū ratione sic citatis vini. Sunt enim pueri valde humidi nec comedunt fortia cibaria ad digerandum:et cum hoc habent digestiuam fortem:et spirituum multitudinē. Et sic pueris et nouiter natis nullomodo est vinū exhibendū: nisi valde parū:et sic ad vinum paulatim assuescant. Et quanto magis procedunt in tempore:tanto magis et securius potest eis ministrari vinū Et specialiter cum comedunt cibaria grossa:et ad digerendum difficilia et ad membra difficilius transeuntia:et in eis colera multiplicatur quam vinum extrahit cum sudoribus et vrina. Undecima regula est q habentes cerebrum debile:naturaliter siue accidentaliter non bibant forte vinum odoriferum in quantitate notabili:sed vinū debile et aquaticum. Et similiter habentes epar calidum et stomachum: abstineant a vinis fortibus et calidis. Et similiter habitantes in regione calida. Similiter qui sunt complexionis calide et cōplexione totali:minus indigent vinis fortibus:et calidis:et subtilibus. Et contrariū est de eis qui sunt frigide cōplexionis:et habitant regionem frigidam. Duodecima regula est q vina aquatica valde sunt euitanda via potus. Magis em̄ sunt medicinalia q̄ potatiua:et vina noua sunt adhuc indigesta:et impura:et ventosa: et opilatiua:et dissenteriam inducunt. Sed vina mediocria etate:non defecata sunt magis ceteris eligenda. Decimatertia regula est q inebriari vino semel vel bis in mense cōpetit in regimine sanitatis: vt quidam asserunt: tum propter somni prolixitatem ex quo virtutes quiescunt animales:et fortificātur naturales:tum quia sequitur sudor et vrina vel vomitus:ex quibus supfluitates a corpore resoluuntur et remanet corpus mundum. Hanc tamen regulam non approbo:nisi in his qui vtūtur malo regimine. In vtentibus bono regimine hec regula non est obseruanda. Et circa hanc regulam obseruandum est q inebriatio nō sit fortis:cuius nocumētum in cerebro sit notabile. Nam talis inebriatio plus debilitat virtutes animales: q̄ quies sequens confortaret easdem. Debet igitur inebriatio esse debilis que somnū inducat:⁊ sollicitudinem penitus āmoneat. Fortius eni inebriari vituperabile est moribus et natura. Decimaquarta regula est q si bibat̄ vinū nō solum i ratiōe potus: sed ad corpor̄ nutritionem:et restaurationē:et impinguationem:sicut contingit in macillentis naturaliter vel accidentaliter tunc cōpetunt vina dulcia et grossa sufficienter colorata. Talia enim vina sunt sufficienter nutritiua:et deperditi restauratiua:et corporum impinguatiua. Unde cuenonientiora ad impinguandum corpora macra. Et per oppositum si intendamus non

Nona regula.

Decia regula.

Undecia regula.

Duodecima rl̄a.

Decimatertia re.

Decimaq̄rta rl̄a.

Digitized by Google

Vinum dulce.

nutritionem: nec de perditorum restaurationem: nec impinguationem: sed magis consumptionem: macillentiam: et desiccationem: vt contingit in his que sunt multum carnosi et pingues: tunc vina subtilia in substantia et actione non dulcia: sed sapore acuta modicum colorata sunt eligenda. Et similiter apertiua si sint venarum subtiliū et strictarum. In habentibus enim venas strictas dubitandū est exhibere vina grossa: que sint opilatiua. Vnde si quis esset macillentus et cum hoc haberet venas strictas: non esset securum ei exhibere vina dulcia grossa et rubea. Decima quinta regula est q si vinum detur propter cibi permixtionem: tunc vina subtilia non dulcia: sed sapore amicabilia: odorifera: non austera: nec pontica: colore mediocria: ad albedinem aliqualem declinantia: sufficienter fortia eligenda sunt. Talia enim vina bene sunt cibarijs permiscibilia et sufficienter penetrantia: et digestionem non impedientia: et stomachum ad sequentem cibum melius preparantia. Et talis potus cibi debet esse permixtiuus et delatiuus. Si autem detur vinum ad sitis extinctionem: tunc vinum album: subtile: debile nature: a quo propinquum est eligibilius. Tale enim vinum magis humectat: et infrigidat et per consequens melius extinguit sitim. Et quanto sitis est maior: tanto tale vinum est conuenientius. Et in isto casu in fine comestionis eligibilius est vinum dare album aquosum et subtile: quando scilicet vinum bibitur ad cibi permixtionem et sitis sedationem. Et si vtrunq; vinum bibatur ad vnam intentionem tunc semper incipiendum est a debili: vt in isto capitulo superius dictum est. Decima sexta regula est quia si vinum detur ad spiritum cōfortationem et a fortiori eiusdem reparationem et virtutis eriam confortationem: tunc debet dari vinum subtile: odoriferum: saporis delectabilis: mediocris coloris sufficientis fortitudinis. Et tale vinū debet sumi cum pauco cibo. Et debet esse depuratum ab vtraq; superfluitate: et debet sumi in pauca quantitate. Decima septima regula est q si exhibeatur vinum a stomachi et viscerum contentiue fortificationem eligemus vina grossa: pontica: nigra vel rubea: sicut contingit in habentibus fluxum: ventris propter debilitatem contentiue stomachi. Sed si intendamus confortationem digestiue stomachi competūt vina subtilia: vel mediocria in substantia et colore boni odoris: et conuenientis saporis: et sufficientis vigoris: et aliq̄lis stipticitatis. Decima octaua regula est q vina alba sunt debiliora et magis aquosa: deinde nigra frigidiora rōne terrestreitatis et non aqueitatis. Et rubea et rufa sunt calidiora ceteris. Et hoc est verum comparando vina eiusdem territorij adinuicem et non aliter: vnde vina rubea et rufa gallicana non sunt ita fortia sicut sunt multa vina alba que reperiuntur: sicut consideranti est manifestum. Debet igitur fieri comparatio inter vina eiusdem maneriei et territorij. Vnde videmus q vinum primitus est valde album: et in tēporibus processu cū defecatur et purificatur efficitur minus albū. Et vinum quod in principio est minus rubeū in temporis processu efficitur magis rubeum. Et hoc est manifestū signum q nigredo et albedo attestātur minori caliditati vini et rubedo et rufedo maiori. Decima nona regula est q vinum factum debile per admixtionē aque laudabilis eligibilius est posto; naturaliter debile: supposito eodē gradu debilitatis in vtroq;. Et specialiter quando debilitas vini est valde magna: sicut est debilitas vinorum

Decima quinta rta.

Vinū albū extinguit sitim.

Decima sexta rta.

Decima septima regula.

Decima octaua regula.

Vina gallicana.

Decima nona rta.

Digitized by Google

gallicanorum. Nam vina sic naturaliter debilia multum sunt corruptibilia et putrefactibilia: sed vina debilia per admixtionē aque nō sunt putrefactibilia: sicut manifeste possumus experiri. Nam si dimittatur vinū gallicano in vitro per noctem: in mane sentitur sapor corruptus: et apparebit color corruptus. Sed non erit sic de vino debilitato per aque admixtionem. Sed secus esset vbi non esset tanta debilitas naturalis sicut per aque admixtionē: tunc enī eligibilius esset vinum debile naturaliter: quia natura magis laboraret indigerendo: quod est minus homogeneum. Et vinū debilitatū per aquam est huiusmodi respectu vini debilis naturaliter. Et hanc regulam memini me superius dixisse in capitulo de comestis et bibitis in generali. Vicesima regula considerāda est q cū vinis fortibus: subtilibus: et fumosis bonū est q amisceatur aqua: et sufficit ad repressionem fumositatis vini: que tamen nō facit substantiā vini ad cerebrum velocius penetrare. Vnde pauca aque ꝗritatis sufficit ad repressionem fumositatis que tamen non sufficeret subtiliare substantiā vini vt facilius penetraret rōne cuius penetrationis cōtingit inebriatio. Sic igitur appositio paucissime aque impedit fumationē ad caput: rōne cuius potest ꝓpingere capitis grauedo et dolor et nihil iuuat ad penetrationē substantie vini ad cerebrū et neruos: ratione cuius posset contingere inebriatio. Sed maior ꝗritas ꝑdicta iuuabit ad vini penetrationē ad neruos: et specialiter si vinū sit grossum et fortе et non impedit vini fortitudinem quin posset inebriare. Et si plus apponatur de aqua: virtus vini totaliter destrueretur: sic q inebriare non poterit. Sic igitur approbo q in omnibus vinis: specialiter fortibus et fumosis: si indigeamus fortitudine vini sine fumositate aliquid ponatur de aqua. Vnde etiam potest sustineri q cuiuscūq; quantitatis aque appositio: iuuat substantie vini penetrationē. Vnde si bibat vinum in ꝗritate immoderata: iuuaret ad inebriationem: sed si bibatur in quantitate moderata non inebriabit. Et sic iuuabit ad inebriationem: et tamen faciet ad fumositatem vini recipiendum. Bene enim stat simul substantiam vini esse magis subtilem: et ratione illius magis penetratiuam. Et sic indebite sumpram magis iebriatiuam: et tamen eandem substantiam esse minus fumosam. Nam fumositas plus deberet vino ratione qualitatis que repressa est per admixtionem aque pauceret inebriatio et deberet ratione substantie in bibentis substantiam cerebri et neruorum: cuius penetrationem iuuat admixtio aque modice. Et in hoc est materia subtilis considerandi. Vicesima prima regula q si intendamus pectoris et pulmonis mundificationem et ventris laxationem: tunc vina mediocris substantie sapore dulcia sunt magis eligibilia: et specialiter si non dubitamus opilationem venarum. Vicesima secunda regula considerāda est q vinum eligibilius et melius sanitatis regimine est vinum medium seu equale inter veritatem et nouitatem: clarum ad rubedinem trahēs: bonū habens odorem et equalis saporis: quod nec acre: nec acutum: nec dulce: nec fumosum: nec grossum: nec valde subtile: sed ad subtilitatem declinans sit q etiā inter fortitudinem et debilitatem obtinet mediocritatem: quod etiam non creuit in saxosis et lapidosis montibus: nec in terra simpliciter plana et arabili: sed in terra montuosa sicca a sole versus meridiem discooperta. Quod etiam non creuit in regione nimis calida nec nimis frigida. Et

Vicesima rta. ō vinis fumosis.

Vicesima prima regula. Vicesima secōda regula. De vino medio. Electio vini.

Digitized by Google

Vinagreca non cõpetunt. Ista laudantur.

ex his concludi potest ꝙ vina cyprina: nec greca: nec garnacina cõueniũt in sanitatis regimine via potus. Nec vina gallicana et eis similia: sed talia vina sicut sunt vina debilia: ⁊ de bersilitico: ⁊ de sancto porciano. Hec enim vina sunt cõuenientia via potus in regimine sanitatis. consideratis eorum coloribus: substãtijs odoribus: saporibus: et locis in quibus creuerint: ⁊ consideratis eoꝝ effectibus quos homines in seipsis iam dudũ experti sunt.

Vigesima tertia regula.

Vigesimatertia regula est ꝙ homines q̃ vtuntur multo vino: vel ex natura: vel ex consuetudine: vel ex quacũq; alia necessitate: nõ debent vti multo cibo. Vinum em̃ est cibus ⁊ potus. Unde videmus potatores tabernas quotidie sequentes respectu alioꝝ hoim pauci victus Quomodo em̃ natura potest digerere multum cibum et multum potũ. Pro certo male. Et bonũ est ꝙ talis qui vult repleri vino in suis cibis quibusdam diureticis vtatur: vt vinũ citius transeat de stomacho: ⁊ non accidat repletio nauseatiua: que si accidat prouocet̃ vomitus: et hydromel bibatur: deinde euomat iterum: deinde lauet os suum aceto ⁊ melle. Nec dentes ⁊ gingiue propter vomitũ remaneant infecte: ⁊ faciẽ cũ aq̃ frigida: vel aqua rosarum irroret parum. Amplius volens repleri vino non comedat rem dulcem: sed vnctuosam: puta micãs panis vnctuosas et carnes pinguedine mixtas: post cibũ cum bibere voluerit amigdalis vtatur ⁊ capparibus.

Pro optimis potationib⁹ De his q̃ ebrietatẽ ĩpediunt.

Amplius caules cocti cũ carne ⁊ oleo p̃parate: ⁊ condite cum sale eisdem conueniunt: vt vino repleri possint sine lesione. Et vniuersaliter omne quod vaporẽ vini alleuiat valet ad idem: sicut semen caulium ruta sicca calamentũ: ameos: ⁊ similia. Amplius sciendũ ꝙ cibaria grossa in quibus est viscositas: conglutinatio: ⁊ dulcedo ebrietatem impediunt: quia tarde penetrãt: ⁊ sic impediunt transitũ vini et eius vaporem ingrossant: q̃uis sint cibaria cũ quibus nõ potest recipi vinum sine lesione que est nauseatiua repletio. Cibaria igitur subtilia ⁊ vnctuosa nõ dulcia sunt cum quibus sine repletione nauseatiua ⁊ stomachi grauamine plus põt homo repleri vino. Sed cibaria grossa: dulcia ⁊ viscosa sunt cum quibus potest plus recipi de vino sine ebrietate: non tamen sine grauamine stomachi et repletione nauseatiua. Si igitur homo velit bibere multum vinum: et dubitet ebrietatem: vel propter cerebri debilitatem: vel propter vini fortitudinem: vel propter humorum plenitudinẽ: vel propter ciborum paucitatem: tũc talis cibus grossus dulcis glutinosus ⁊ viscosus est maxime necessari⁹ ⁊ nõ pinguis subtilis ⁊ vnctuosus. Sed si quis non dubitet ebrietatem ⁊ velit multuꝫ bibere respectu cibi: et dubitet repletionem nauseatiuam: et stomachi grauedinem tũc cibus pinguis subtilis vnctuosus est maxime necessarius.

Ista remouent ebrietatẽ

Est breuiter hic notandum ꝙ amigdale specialiter amare ciminum: sel semen caulium: sal napticus: ameos in ieiuno sumpta cum aqua frigida impediunt ebrietatem. Et potus aque frigide cum aceto vel cum vino granatorum paulatim exhibitis: ebrietatem remouet: et similiter odor thuris: camphore ⁊ sandalorum. Sed qꝛ iam sumus extra regimen sanitatis: ad propositum redeamus.

Vigesimaquarta regla.

Vigesimaquarta regula est de vinis artificialibus que apud aliquos homines sunt in vsu: puta vinum saluiatum: ⁊ enulatum et rosatum. De his igitur sciendum ꝙ cum sapiant naturam medicinalem nõ competunt in regimine sanitatis nisi in pauca quantitate. Vinum igitur saluiatum aliquis bibere potest in hyeme in pauca quantitate. Nam vi-

Digitized by Google

ſum a ſaluia acquirit quandam caliditatem et ſtipticitatem: et aromaticitatem: ratione quorum parum ſumi poteſt in hyeme a ſtomachi calefactionem et eiuſdem ⁊ cerebri ⁊ neruorum ⁊ aliorum ratione ſtipticitatis et aromaticitatis confortationem. Sed multum ex eo ſumptum non eſt conueniens: nec ad ſitis extinctionem quia ſaluia calida eſt ⁊ ſicca in tertio: nec ad cibi delationem et permixtionem: quia totum cibum ad nimiã ſiccitatem ⁊ caliditatem faceret declinare. Cum enim vinum de ſe ſit calidum et ſiccum ⁊ ſaluia ſit multum calida et ſicca: totũ aggregatũ multum declinabit ad ſiccitatem ⁊ caliditatẽ: quod non eſt bonum in ſanitatis regimine. Amplius ſi bibatur vinum ſaluiatum in magna quantitate: q; vinum a ſaluia acquirit quandam durecitatem et ſubſtantie ſubtiliratẽ: intantum q̃ eius decoctio prouocat vrinã: et menſtrua erit cauſa deſcendi cibum a ſtomacho ante ipſius digeſtionem perfectam: et cauſa tranſitus vini ad cerebrum et neruos ante digeſtionem eius in ſtomacho et epate. Saluiatũ igitur vinum in magna quantitate nullo modo eſt bibendum: ſed habentes neruos debiles vtantur eo in pauca quantitate quia in magna quantitate plus lederet q̃ vinum ſimplex. Eſt autem hominũ cõſuetudo tale vinum bibere ante alium cibum: quod forte ex hoc fit: q; ſaluia habet virtutem incitandi appetitum. Et ſic vinum ſaluiatum p̃mo ſumptum incitabit appetitum ad cibum qui ſumi debet. Amplius vinum ſaluiatum multum confortat neruos totius corporis: quod melius ex eo fiet ſi ſumatur in principio q̃ in fine. Amplius vinũ quod recipitur in proceſſu debet ſumi ad cibi p̃mixtionẽ vel ſitis extinctionẽ: ꝓpter quod nullum debet bibi vinũ ſaluiatũ. Nam quantitas que ex eo bibi debz: debet eſſe minor q̃ oportet ad predicta. Si tamen poſt omnem cibum parũ ſumeretur ex eo cum nebula vel pane toſto ad orificium ſtomachi roborãdum: ⁊ digeſtionem in eo confortandum: forte eſſet laudabilius q̃ ſumere claretũ vel alia vina acuta valde: vel alia que multum ſunt fumoſa et capitis repletiua. Bene autem conſiderandum eſt q̃ vinũ ſaluiatũ fiat ex ſaluia que in loco creuerit vbi ſerpentes nõ fuerint nutriti ⁊ conſeruati. Libenter enim conſueuerunt ſerpentes morari vbi creſcit ſaluia. Quare vbi ſaluia ſit apponatur ruta: quia ſerpentes fugiunt rutam. Non igitur recipiatur ſaluia: niſi in loco vbi eſt magna copia rute. Vinũ autẽ roſatũ in eſtate eſt conueniens propter temporis feruorem ⁊ in complexione calida ⁊ in habentibus viſcera calida: et in his q̃ diſpoſiti ſunt ad fluxũ vel vomitum colericum. Sed in ſanitatis regimĩe vinum ſimplex eſt magis conueniens. Quidam autem plus bibunt tale vinũ propter voluptatẽ q̃ propter neceſſitatem. Vinũ autẽ enulatũ multũ confortat cor ⁊ membra ſubiacentia. Habentes autem cor debile ⁊ ſtomachum ⁊ ſpecialiter propter frigiditatẽ et humiditatem: vtantur vino enulato in pauca quantitate: ſicut dictum eſt de vino ſaluiato. Et ſine dubio enulatum in multis eſſet conuenientius q̃ ſaluiatum. Et hec ſufficiant de regimine vini.

De vino ſaluiato.

Cõfortat neruos.

Toſta in ſaluiato vino prodeſt.

Vinũ roſatum.

De ceruiſia et aliis potibus.

De ceruiſia autem cõſequenter eſt notandum et de aliis potibus: puta boſchet: et pomerio: et ceraſeto: ⁊ ſimilibus ſi qui ſint alij. Sunt enim quidam qui propter penuriã vini vtuntur predictis potibus non tamen potus adeo conue-

Digitized by Google

Proprie rates ceruisie.

nientes in sanitatis custodia sicut vinum. Sciendum ergo q̄ ceruisia potest fieri ex auena: ꝛ ordeo: et frumēto. Et sc̄m q̄ fit ex alio ꝛ alio grano: est alterius ꝛ alterius cōplexionis. Omnis tamen ceruisia de quolibet grano facta grossior est q̄ vinū: ꝛ multū difficilis ad digerendū opilationes in viscerib⁹ facit: ꝛ maxime tamen noua. Inflationē ꝛ ventositatē generat ꝛ capitis dolorē inducit. Et interdū fluxū ventris ꝛ appetitū deijcit. Sed bene verū est q̄ multū nutrit: ꝛ corpus impinguat si bene digerat. Que autē cōficitur ex rebus inebriātibus: pura ex grano quod nominat loliū pessima est inter oēs dolorē capitis maxime generans: et nernos ledens. Diuersificatur enim sc̄m granor diuersitatē. Nam que fit ex ordeo plus attinet frigiditati: ꝛ q̄ fit ex frumento plus attinet caliditati. Amplius que fit ex ordeo ꝛ auena minus opilat ꝛ minus generat vētositates ꝛ minus nutrit. Et q̄ fit ex frumento magis nutrit et magis opilat. Et quāto ceruisia est grossior: tanto deterior: ꝛ quāto subtilior et clarior tanto melior. Alij autē sunt potus artificiales que fiunt cū melle: qui sunt calidi ꝛ sicci: ꝛ multū opilatiui venarū: epatis ꝛ splenis: ꝛ generant multas inflationes: ꝛ maxime quādo est p̄tras in eis maxima mellis: ꝛ maxime quādo mel nō est coctum sufficienter: ꝛ ventrem laxāt. In colericis igitur non cōperit talis potus: ꝛ similiter si epar ꝛ splen fuerint opilata. Sed talis potus ꝓgruus est habentibus cōplexiones frigidas: maxime si habeant in intestinis ꝛ stomacho multū flegma q: virtute sua incisiua ꝛ abstersiua incidit ꝛ mundat ꝛ ventrē euacuat. Vñ in his soluit ventrē. Et hec memini me dixisse cū de melle tractaui. Cerasarinū autez et pomeriū sunt propinquiora nature vini q̄ ceruisia. Et puto q̄ in regimine sanitatis sunt cōgruentiora sicut patet considerantibus colorē odorem ꝛ substantiam predictor⁹ potuū: in quibus sunt magis congruentes cū vino q̄ ceruisia. Isti tamē potus sunt minoris calidi: aromaticitatis: et confortationis membror⁹ et nutritionis q̄ vinū: ꝛ ideo minus congruētes in sanitatis regimine. Vñ hos por⁹ ꝛ similes si q̄ sint: ore possumus laudare: ꝛ corde ꝛ ope nos ꝛ nr̄os dilectos vino optimo copulare.

Ceruisia ex lolio.

Diuersitas granorum.

De bocheto.

De pomerio.

Capitulum. xxii. de indumentis.

Differentia vestimentorū.

QUia possunt homines vti vestibus et indumentis debito modo ꝛ indebito: et talis indumētorum vsus est necessarius in sanitatis regimine determinandū est in isto capitulo de indumētis et vestibus quātum sufficit in proposito. Vestes autē et indumēta vel sunt de lino vel de bombace: vel de serico: vel de lana: vel de pellibus Regule igitur seruande in vestib⁹ ꝛ indumentis sunt hee.

Pria regula.

Prima regula est q̄ vestes et indumenta sunt propter membra exteriora defendere a nocumento exteriori: pura caloze vel frigiditate plus tamen a frigiditate. Tempore enim calido nudum incedere membra denigrat ꝛ cutem adurit: ꝛ totū corpus plus debito calefacit. Et similiter tē pore frigido si quis sine vestibus vel cū paucis incedat multū grauatur corpus sicut consideranti est manifestū. Bene igitur considerandū est q̄ tempore frigido homo non incedat sine vestibus corpus defendētibus a frigore continētis. Et similiter in estate q̄ non incedat cum vestib⁹ corpus plus debito calefacientibus vel sine vestibus totaliter: vel cum ita

Digitized by Google

paucis vestibus vel subtilibus q̄ corp⁹ a calore cōtinentis possunt minime defensare. Est igitur diligenter notandū q̄ vestes ꝛ indumēta defensant corpus a frigiditate cōtinētis tripliciter. Primo quidē quia phibent applicationē frigiditatis cōtinētis ad corpus: q; frigiditas ꝓtinentis nō attingit corpus immediate sed mediantibus indumētis. Secō q; humores ꝛ vapores calidos circa superficiem corporis retinēt: ꝛ sic ibidē multiplicati calefaciūt corpus exteri⁹. Tertio calefaciūt corpus nostrū suo calore essentiali ꝛ virtuali: q̄ calor quodāmodo de potētia ad actum reducit a calore ꝛ spiritu corporis nostri sicut piper pulueriſatū supra manum: calefacit manum sua essentiali caliditate q̄ reducitur de potēria ad actū a caliditate nr̄i corporis. Interdū indumēta possunt calefacere sua actuali ꝛ formali caliditate: puta quādo vestes calefaciunt ab igne: ꝛ sic calidi induūtur. Hec tñ caliditas actualis cito recedit: ꝛ remanet virtualis ꝛ potentialis caliditas quodāmodo reducta a calore corporis nr̄i de potentia ad actū. Secūda regula considerāda circa vestes ꝛ indumenta: est q̄ quāto tēpus est frigidius ꝛ vētosius ꝛ aer subtilior: tanto plurib⁹ indigem⁹ vestibus. Et specialiter qñ corpus est rarum multū et passibile: et cū hoc frigidioris cōplexionis. In hyeme igitur ceteris paribus indumēta plura sunt necessaria: ꝛ in nocte q̄ in die: ꝛ stante vēto q̄ non flāte: et in tēpore pluuioso q̄ sereno. Nam tempore sereno sol magis potēs est calefacere q̄ pluuioso. Amplius homines rare cōplexionis puta quorum musculi non sunt densi: sed multū porosi: et quorum carnes non sunt dure: sed molles: tales vtiq; plus timēt frigus: ꝛ plurib⁹ indigent vestibus. Similiter etiā ceteris paribus senes ꝛ fleumatici ꝛ melācolici pluribus vestibus indigent. Nā tales maxime leduntur a simūlibus sue crasi: et a contrario iuuantur ꝛ sic colerici ꝛ sanguinei pauciorib⁹ indigēt vestimentis q̄ fleumatici vel melancolici. Sed tu diceres cōtra: colerici sunt rariores: et q̄ consequens passibiliores: ꝛ sic indigent pluribus vestibus q̄ melancolici: quorum compositio est durior. Dicendū ad hoc q̄ non est inconueniens aliquem colericū quo ad membra exteriora esse cō positionis durioris: et minus passibilis aliquo melancolico. Unde dato q̄ regulariter compositio sequatur complexionem ꝛ eidē proportionet: interdum tamen contingit contrarium. Sic igitur stat simul q̄ aliquis sit colericus ꝛ non rarus melancolicus ꝛ non densus. Ceteris igitur paribus ex parte complexionis regula compositionis posita est vera: ꝛ maxime esset vera si cum caliditate complexionis esset duricies compositionis: ꝛ cum frigiditate complexionis esset raritas compositionis. Potest etiam dici q̄ regula compositionis dicta non simpliciter tenet: nisi supposita eadem complexione: vel q̄ non sit repugnantia ex parte complexionis: sed respectu compositionis simpliciter tenenda est. Plus enim facit caliditas complexionis ad hoc vt aliquis minus indigeat calefacientibus q̄ raritas compositionis ad hoc q̄ ledatur in frigidantibus. Unum enim contingit in ratione actiui resistentis: puta complexionis caliditas: et aliud in ratione passiui puta compositionis raritas aut densitas. Tertia regula est q̄ homines qui plus exercitantur ceteris paribus pauciorib⁹ indigent indumentis. Nam per exercitium calefaciunt membra exteriora: et superflue humiditates membrorum consumūtur membra aliqualiter indurātur: ꝛ impassibilia efficiunt. In quiescētibus

Triplicit defendūt corpus a frigore. Exēplus de pipere.

Secunda regula.

In hyeme.

Dubium de colericis.

Tertia regla de exercitio

Digitized by Google

autem membra exteriora sopita sunt ⁊ calor in eis: ⁊ ideo oportet ꝙ p̄ indumenta confortentur: ⁊ quodāmodo de potētia ad actum reducantur. Quarta regula est ꝙ seruientes in stuphis ⁊ qui in earum domibus cōmorantur: quando contingit ꝙ se exponunt continenti aeri frigido: indigent pluribus vestibus: tum quia plus leduntur a frigore: quia consueti sunt in calore. Sicut enim ab assueto non fit passio: sic ab eo quod est contrarium assueto corpora nostra maxime patiuntur: ⁊ hoc contingit in ꝓpositorum q̄ eor̄ porositates sunt aperte ⁊ rare: ⁊ sic frigiditas continentis potest perfectius ⁊ citius subintrare ⁊ membra ledere. Et ꝓpter hanc causam in primis frigidioribus indiget homo plurimis cooperimētis: propter hoc ꝙ subita mutatio ad frigus nocet: ⁊ pori inueniūtur aperti. Quinta regula est ꝙ in somno aliquis indiget plurimis cooperimentis q̄ in vigilia. Nam in somno calor trahitur ad interiora ad loca digestionis: ⁊ membra exteriora remanēt calore ⁊ spiritu denudata respectu vigiliarū: ⁊ sic apta nata sunt magis ledi frigiditate continētis. Et membrū maxime frigidū maximo indiget cooperimento: ⁊ hoc est cerebrum. Vnde caput in somno maxime est cooperiendum: ⁊ specialiter q̄ in somno eleuantur vapores ad caput infrigidantes ipsum: ꝙ in cerebro cōuertuntur in substantiā aqueam. Vnde puto ꝙ in somno magis est caput cooperiendū q̄ alia membra sed in vigilia magis coopienda sunt alia membra: q̄ in vigilia multus calor ⁊ spiritus mittunt ad cerebrum ꝓpter virtutes animales interiores et exteriores quarum operationes vigent in eo: et sic in vigilia calidū est sufficiēter: sed in somno caliditas non est ita fortis immo est contrariū vt dictū est. Partes autem spirituales scilicet pectorales maxime debent cooperiri non solū in somno sed et in vigilia. Nam partes pectoris difficile est tueri a frigore quia aer frigidus cōtinue inspiratur ⁊ expirat ⁊ reuma cōtinue descendit a cerebro ad partes pectoris ⁊ pulmonis. Etiam est in illis partibus magna q̄titas ossium q̄ frigida sunt: non obstāte igitur cordis caliditate propter predictas causas partes pectorales sunt maxime cooperiende. Extrema autem puta manus pauciorib⁹ indigent cooperimentis: ⁊ specialiter in vigilia quia sunt quasi in motu continuo. Sunt enim organa deputata ad operatiōes transeuntes: ⁊ adhuc manus pauciorib⁹ indigent cooperimentis q̄ pedes ex eo ꝙ sunt in motu magis continuo ⁊ eorum opus cooperimentis impeditur ⁊ sunt propinquiores fonti caloris scilicet cordis: ⁊ prope man⁹ sunt arterie multe in quibus inuenitur pulsus fortis in quo significat calor fortis ⁊ magna influentia cordis. Vnde quia operationes manuum ad quas sunt deputate a natura que sunt valde multe exercentur multo calore ⁊ spiritu: ideo ad eas dē man⁹ natura corporis regitiua mittit multum calorem ⁊ spiritum ⁊ sic non indiget tot cooperimētis sicut alie partes. Pedes etiā sunt in multo motu: ⁊ opationes ad quas deputati sunt exerceri non possent cum multis cooperimentis ⁊ sic nō indigent pluribus cooperimētis sed indigent adhuc plus q̄ manus ⁊ sic a principio et communiter assuetus est ex causa finali hoc: ⁊ hec ꝓsuetudo iam redacta est in naturam. Membra autem faciei nullis cooperimētis indigent vel paucis nisi magna imminente necessitate. Nam ad faciem natura multū mittit calorem propter operationes sensuum que vigent maxime in partibus faciei. Huc etiam operationes cooperimentis communiter exer-

Quinta regula.

De somno.

De partibus pectoralibus.

De manibus.

De pedibus.

Facies nō idiget cooperimento.

Digitized by Google

cerinon possent. Sexta regula sumitur ex parte habitudinis. Hã haben tes mẽbra exteriora carnosa paucioribus indigent cooperimẽtis habẽti bus ea denudata a carne: minus eñ oẽs tales ledũtur a frigore q̃ denu dati a carne ceteris paribꝫ. Septima regula sumit ex pte indumentoꝝ et vestiũ in quibꝫ plurima diuersitas inuenit. Quedã eñ indumẽta sunt magis calida quedã minus alia vero mediocriter. Indumẽta eñ de pel libꝫ cõiter ⁊ vt in plurimũ sunt alijs magis calefaciẽtia ⁊ inde indumenta ex pannis laneis subtilibus ⁊ mollibus densis sufficiẽter grossis: dei de indumẽta de bõbace: ⁊ deinde de serico ⁊ vltimo indumẽta linea. Hi bus eñ indumẽtis sunt minus calida: ⁊ de bõbacinis ⁊ sericis que min⁹ lixata est ⁊ magis pilosa est magis calida. Vestis eñ serica lixata multũ est frigida ⁊ similiter bõbacina ⁊ similiter de vestibꝫ laneis que magis est subtilis ⁊ rara ⁊ lixata ⁊ nõ lenis sed aliquãtulũ aspera est min⁹ calida: ⁊ que minus subtilis ⁊ satis densa ⁊ lenis nullomõ lixata est talis vtiq; la nea vestis calidior est inter oẽs. Et de vestibus lineis similiter dicendus q̃ q̃to subtilior rarior asperior min⁹ pilosa tanto min⁹ calida: ⁊ p oppositũ q̃to grossior densior leuior magis pilosa: tanto calidior. Et de pellibꝫ silr q̃ q̃to pellis habet pilũ dẽsiorẽ maiorẽ leniorẽ: tãto est calidior. Et est notandũ q̃ pelles diuersificanꝫ scõm diuersitatẽ aialiũ a quibꝫ sumũtur. Sciendũ igit q̃ ꝓsideratis cõditionibꝫ supradictis ⁊ aialium naturꝫ pellis caprina est minoris caliditatis ⁊ deinde pelles de griffo. Pelles aũt vulpine sunt multũ calide ⁊ sicce ⁊ sic multũ ꝓfortãt neruos: vñ mul tum cõpetunt palyticis ⁊ arthreticis ⁊ vniuersaliter oĩbus passionibꝫ ner uorum cõpetunt etiã his qui sunt valde pingues ⁊ volũt eoꝝ corpa ma crefacere ⁊ desiccare. Pelles aũt cuniculoꝝ ⁊ lepoꝝ sunt his ꝓportiona les nisi q̃ nõ tñ desiccãt. Eñ puto q̃ in regimine sanitatꝫ sunt magis cõ gruẽtes pelles de biuria ꝓsideratis ꝓdictis ꝓius enumeratis: satis est calida: nam pellis est satis grossa ⁊ habet pilos multos ⁊ densos ⁊ le nes sufficiẽter magnos ⁊ cũ hoc est nitida valde ⁊ pediculoꝝ minime ge neratiua ⁊ habet pilos fortissime adhesionis: vñ tales pelles satis apud me cõmendãde sunt. Pelles aũt ouine sunt calide ⁊ humide cõsequẽtes cõplexionẽ aialis cuius sunt. Vnde multũ cõfortant corpus ⁊ calorẽ na turalẽ ⁊ corpus impinguãt: vnde melãcolicis et siccis ⁊ macillẽtis mul tum cõpetunt sed est pellis inter oẽs nitida minime ⁊ multoꝝ pediculoꝝ generatiua. Vt igitur sit ad vnum dicere pellis ouis sequit complexio nem aialis cuius est que cum sit cutis densa ⁊ spissa pilositatis: fortis ad hesionis ⁊ multe pilositatis plus calefacit: ⁊ p oppositũ si sit rare cutis ⁊ rare pilositatis ⁊ min⁹ calefacit ⁊ si habet pilos aspersos ⁊ duros desic cat: et si humiles ⁊ lenes impinguat ⁊ humectat et hoc est vniuersaliter verum in oĩbus indumentis. Ex dictis igitur satis concludi potest q̃ ho mines calide complexionis iuuenes tempore calido regione calida suffi cienter pingues ⁊ carnosi indigent indumẽtis subtilioribus raris pauce pilositatis ⁊ rare: ⁊ per oppositũ frigide complexionis senes ⁊ tempore et regione frigidis macillẽti ⁊ rari indigent indumẽtis grossioribꝫ mul te pilositatis ⁊ densa. Amplius si queramus corporis desiccationem et macillentiam vel superfluitatum in mẽbris cõsumptionẽ bonum est q̃ in dumenta sint dura aspera ⁊ non multum rara ⁊ specialiter indumenta q̃ prope cutem ponuntur. Vnde volentes se macrefacere ⁊ membroꝝ suo

Sexta regula.

De diuersitate vestium.

Vestis serica.

De pellibus.

Pellis vulpina.

Pellis cuniculorum.

Pelles ouine.

Regimẽ scõm diuersitatẽ corporum.

rum supfluitates desiccare vti debent indumẽtis lineis asperiozib⁹ duriozibus et grossiozibus ⁊ talia indumẽta sepius mutare. Et ꝙ oppositũ quorum membra sunt macillenta ⁊ paucarum supfluitatum volentes impinguari debent vti indumentis lineis mollibus sufficienter densis. Ex dictis autem elici potest ꝙ quãto indumenta sunt leuiora ⁊ minus pilosa ⁊ magis lixata tanto induãtur immediacius carni: ⁊ quanto asperiora et duriora ⁊ minus frangibilia tanto induãtur longius a carne: vndevestes lince ⁊ similes induũtur magis prope carnem ⁊ vestes lanee induũtur longius: sic eĩ minus leditur corpus ⁊ vestes melius conseruantur.

Capitulũ. xxiii. De volentibus continere.

Regimẽ continentium.

QVoniam quidem sunt venerabiles viri q̃ viuere volunt continenter et tamen volunt viuere sani. Ideo de meliori eorum regimine intendo vnum capitulum breue imponere. Scimus enim ꝙ et si actus venereus seu coitus sit vtilis in sanitatis regimine non tamen necessarius. Vnde aliqui sapientum qui fuerunt locuti de sanitatis regimine de coitu nullam penitus fecerunt mentionem.

De coitu

Multi enim sunt qui viuunt sani sine coitu sicut alij cum coitu. Non est igitur coitus necessarius ad necessitatis cõseruationẽ indiuidui: licet ad conseruationem speciei necessarius sit. Possibile igitur est hominem viuere sanum sine coitu: sicut patet in multis virginibus preteritis et presentibus. Igitur ponende sunt he regule quibus homo potest se a coitu

Pria regula.

preseruare et continenter viuere. Prima regula sumitur ex parte cõsuetudinis. Sciendũ igitur ꝙ deassuescere actum est de his q̃ maxime reddunt hominem continẽtem. Sicut enim mulieres nutrices cum deassuescunt lactare non generatur lac in earum mãmillis et sic pueros nutrire nõ possunt: si etiam mẽbra generationis cũ deassuescunt coitũ ⁊ spmatis emissionem spma in eis nõ multiplicat nec fermentatur et p consequens ad coitũ minime stimulãtur: et sic continẽtes de leui efficiuntur. Est diligenter notandum ꝙ si quis fuerit cõsuetus ad actũ coeundi longo tẽpore nõ est securum hanc consuetudinẽ subito relinquere sed paulatim. nã subito permutare cõsuetudinem est res periculosa in sanitatis regimine

Cõsuetudo ẽ alterana natura

Consuetudo igitur paulatim est mutanda et hoc fieri põt si quis volens mutare consuetudinẽ coeat tardius q̃ consueuit ⁊ cũ turpiozibus mulieribus ⁊ cum vetulis ⁊ cũ meretricibus ⁊ vniuersaliter cũ mulierib⁹ quarum actus et aspectus sunt horribiles et specialiter in actu coeundi imaginari debet actus turpitudinis et ꝙ eodem actu ratio absorbetur ⁊ succumbit ⁊ homo bruris adequatur: et ꝙ ex hoc actu nullus actus virtutis nec bonus habitus in nobis augmentat quoniam in hoc actu ratio nichil iudicat: nec de bono: nec de malo: immo eius iudicium totaliter annullat et specialiter ꝙ ex hoc actu homo distrahitur a multis operibus virtuosis: q; mulier furatur cor ipius sapientis. Sibus his itaq; cõsideratis ⁊ sepe homo leuius ⁊ facilius continebit. Amplius scias ꝙ venationes et ludoꝝ species et tristicie ꝙocationes ⁊ dignitates assumpte sunt ex his que iuuant hominẽ continere ⁊ sup oĩa seruire philosophie ⁊ studijs litterarũ ⁊ specialiter moralibus iudare ⁊ bellorum actibus insistere hec omnia iuuant q̃ plurimũ continere. Amplius

Modus euitandi coitum.

De fleubothomia.

fleubothomia ⁊ stupha sic

ca exercitium forte et balneū multum iuuat ad cōtinendum hoīes. Omnes eñ qui coitu nō vtuntur plus aliis vtentibus debent fleubothomari ⁊ sepius stuphari stupha sicca ⁊ sepius balneari ⁊ plus exercitari. Ex his enim oībus materia spermatica consumitur ⁊ desiccatur ⁊ minus in corpore multiplicatur. Amplius volentes cōtinere debēt vitare cibaria hoīem ad coitum incitantia vel sperma multiplicando vel calorem incitando vel spiritū ventosum in mēbris generatiuis congregando. Que aūt sint ista cibaria scriptū est in scda parte huius operis capitulo de regimine sanitatis sumpto a diuersitate mēbroꝝ. Ibidem enim queritur q̄ et qualia cibaria sunt ⁊ volentib⁹ ꝯtinere totaliter euitētur ⁊ vtātur desiccātibus materiā spermaticā: bonum est ꝙ vtant̄ infrigidantib⁹ mēbra generationis ⁊ cū ventositas sit forsan de incitantib⁹ ad coitū ꝓpter erectionem bonū est ꝙ euitent vētosa ⁊ ꝙ vtātur consumētib⁹ ventositatem et sperma desiccātibus. Desiccātia sperma quedā sunt frigida quedā calida. Frigida sunt vt lentes ⁊ aqua lentiū decoctarū cū semine caulis et nenufaris ⁊ coriādri ⁊ semine lactuce ⁊ aqua lactis sine butyro vehemētis acetositatis ⁊ acetum etiā semen portulace. Hec igitur cōmesta seu bibita sperma desiccāt ⁊ caliditatē ad coitū incitātē alterant. Fiant igit̄ ex eis pulueres ⁊ electuaria vel potiones quib⁹ hoīes volentes cōtinere possent vti. Amplius scias ꝙ inungere mēbra gñationis ⁊ renes cum oleis frigidis ⁊ siccis ⁊ cū oleo iusquiami vel papaueris ē ex his q̄ sperma desiccant etiā incedere nudis pedibus deijcit desideriū coit⁹. Sunt etiā multa calida que sperma desiccat puta lilium semen rute ⁊ herba ⁊ semē agnicasti: calamentū: euforbiū: myrrha: ⁊ ciminū: vnde dyaciminū est desiccatiuū materie spermatice valde ⁊ si q̄s sit calide complexionis et in tpe calido vtatur aceto. Amplius scias ꝙ iterdū submergere membra gnationis in aqua frigidissima: est de his q̄ auferūt desideriū coitus et specialiter hoc fiat tpe illo quo homo ad coitū stimulatur vel ex natura vel ex inordinatione appetitus. Amplius in habentib⁹ renes calidos valde ⁊ genitalia: lamina plūbea minutissime perforata ⁊ subtilis valde aliquo oleo frigido ⁊ sicco inuncta multū deijcit coitū si portetur ligata ad renes. Amplius cibaria eoꝝ nō debēt esse multi nutrimēti nec calidi ⁊ humidi: sed nutrimēti pauci declinātis ad siccū ⁊ frigidū. Nec debent esse cibaria ventosa: nā ventositas incitat ad coitū ⁊ specialiter cū caliditate ⁊ humiditate sicut patet in cicere in quo est caliditas ⁊ humiditas ⁊ ventositas: et similiter in naponibus ⁊ pastinacis ⁊ similiter in fabis et pineis excorticatis ⁊ similibus. Amplius volens cōtinere insistant vigiliis ⁊ minus solito comedāt ⁊ nunq̄ sint ociosi: vnde circa aliq̄ sollicitari siue agibilia siue speculabilia multum detrahit hominē a desiderio coitus. Ocium enim alimenta ministrat non solum huic vicio: sed multis aliis. Volens igitur de leui viuere caste sic suum ordinet viuendi modū: quia preter horam somni nulla per ocium transeat: et laudo ꝙ continere volentes vtantur agnocasto in balneis in suffumigationibus: et eorum camere et lectus sternantur agnocasto. Habet enim mirabilem proprietatem in isto sicut diu testificati sunt multi sapientes. Multi enim sunt quorum ex dimissione coitus stomachus et cor debilitatur. Bonum est igitur intēdere ad ipsoꝝ stomachū confortandū cū medicinis bibitis et comestis seu emplastris stomachū ꝯfortātib⁹ calidis seu frigidis seu tē-

Cibaria spermat; desiccatiua.

Unguentum.

Submersio in aq̄ gelida.

De cibariis vētosis.

De agnocasto.

Cōfortatio stomachi ⁊ cordis.

peratis sicut melius videbitur expedire scdm diuersitatē ꝯplexiōis corporis ⁊ etatis ⁊ similia: ⁊ que sunt illa satis dictum est in prima parte huius operis in capitulo de mēbrorum conseruatione vbi tractatur specialiter de stomachi cōfortatione et ꝓportionabiliter intelligatur de corde hoc em̄ mēbrū debilitari cōsueuit ex dimissione coitus ⁊ que sint cordiales virtutes ⁊ medicine simplices ⁊ cōposite in preallegato capitulo sufficiēter dictū est.

De exercitio.

Amplius dico ꝙ tales maxime assiduent exercitiū partiū superiorū sicut est lapidis eleuatio ⁊ vniuersaliter omne exercitium in quo pectoralia et brachia exercitent plus q̄ iferiores partes. Nā ꝑ tale exercitiū supfluitas in mēbris supioribus cōsumet et in eis nō multiplicatur ex dimissione coitus.

De vnguentis.

Membris autē inferioribus administrari debent vnguenta et emplastra frigida et sicca vel calida et sicca sperma exiccantia quod horū magis videbitur expedire: sed regulariter melius est ꝙ talia emplastra vel vnguenta declinēt ad frigiditatē semp q̄ declinent ad caliditatē vel nimiā siccitatē: et quādo ex administratione taliū emplastroꝝ videbimus ꝙ materia ventositatis erit cōsumpta: tunc poterunt administrari embroce declinātes ad aliqualē caliditatē et subtilitatem: puta de camomilla agnocasto et semine canabis.

De vomitu.

Amplius scias ꝙ in volenttibus cōtinere vomitus est cōgruentior q̄ farmacia. Timet em̄ ꝙ farmacia nō faciat descēdere materias.

Margarite castitatis.

Amplius fleubothomia de saphenis interioribus cauillarū pedū maxime cōpetit his qui ex coitus dimissione incurrūt cordis debilitatē et stomachi. Amplius scias ꝙ saphirus et smaragdus et topasius reddunt hoīem castū et continentē.

¶ Capitulū. xxiiii. De iter agentibus.

Prima regula.

Mutatio regimīs.

Consequēter dicēdū est de regimīe iter agentiū. Circa quod regimen dande sunt regule. Quarum prima est. Quod intendens iter agere ex necessitate debet in modo viuēdi cōsuetudinē mutare. Alius enim debet esse modus viuendi itinerantiū et non itinerantiū: nam propter laborem qui in eis contingit est dubitandū ne in malas cadant egritudines nisi suum regimen permutent ab eo quod cōsuetum est. Hec tamē cōsuetudinis permutatio non est fienda subito: sed paulatim et ordinate. Oportet igitur qui iter agreditur vt vtatur ordine et in principio sui itineris parū plus solito exercitetur et sic paulatim ad exercitiū itineris assuescat: et si in suo itinere necessariū fuerit vigilare paulatim assuescat et anteq̄ iter arripiat: et similiter intelligitur de fame et siti. Unde in hoc casu summe oportet ad nō cōsueta transmutare: debet etiā assuescere ad cibū quo in itinere proponit vti. Maius em̄ periculū est ita arripere his qui non consueuerunt et in debilibus et senibus q̄ in consuetis fortibus et iuuenibus. Et circa illos in quibus maius periculum īminet maius studium est īpendendū in mutatione consuetudinis ad ea que itinerantibus sunt necessaria.

Secūda regula.

Secūda regula est ex parte cibi et potus: nam cibi itinerantium debent esse facilioris digestionis et melioris substantie et ꝓpinque mensure et non multi. Et vt sit ad vnū dicere suum nutriens debet meliorari vt bene digeratur et superfluitates in venis non cōgregentur. Et que sunt huiusmodi cibaria dictum est in capitulo de cibis ⁊ potibus

Digitized by Google

in speciali. Amplius non debet equitare stomacho pleno cibo ne eius cibus in stomacho corrũpatur. Et si necessitatẽ habet bibendi bibat aquã ne per eam augeatur sonitus et ventositas et dilatio sui in ventre. Expectetur igitur cibus vsq; ad horam hospitandi: q; si forsan comedere oño sit necessarium parum comedatur ne necessitas bibendi immineat. Unde itinerantes summe euitare debent olera et fructus et quicquid generat humorẽ crudũ nisi iterdũ gratia medicaminis. Amplius nõ debet fastidius cibo iter arripere. Dormiat igitur primo vt fastidiũ resoluatur: nec etiam valde famelicus vbi em̃ est indigentia et fames magna: non oportet laborare vel itinerare: prius enim cõfortanda est virtus: sed quia itineranti potest necessitas imminere tolerãdi famem tandiu q; desideriũ destruatur totaliter comedendi vel multum minuatur: bonum est scire cibos cum quibus homo diutius potest sine cibo permanere. Sciendũ igitur q; cibi facti ex eparib⁹ assatis ⁊ pile facte ex amigdalis et oleo amigdalino et anerino et adipe vaccino cõueniunt: si enim vna ex eis comedatur fames longiori tempore tolerabitur. Amplius sumere oleum violatum bullitum in quo sit dissolutus adeps vaccinus facit diu tolerare famem intantum q; si quis sumeret vnam libram talis conditi sine desiderio notabili quasi per decem dies permanere valeret et sicut dictum est de fame ita intelligatur de siti. Quia enim sitim interdum tolerare oportet determinandũ est de medicinis sitim extinguentibus quarũ vna est lens et semẽ portulace pistatum cũ aceto et sint seminis portulace: drag. iij. et distemperentur cum aceto et aqua sufficientibus ⁊ euitentur que sitim faciunt quorũ vnum est pisces et omnia salsa et dulcia et locutio multa et fortis deambulatio. Hec igitur sunt euitanda. Et si quis multum sitiat bibat aquã cum aceto quia est ex his que sitim extinguunt sicut prius dixi. Tertia regula sumitur ex parte fleubothomie et farmacieinã si aliquis propter plenitudinẽ indigeat aliquo istorum fienda sunt anteq; incipiatur iter que si non fiant est dubitandum de febribus ⁊ apostematibus et membrorũ exteriorum infectionibus: ⁊ si tempus sit frigidũ et humores sint corrupti nõ multũ calidi ⁊ mẽbra interiora fortia et sint humores aliqualiter grossi et adusti multũ est dubitandum de lepra. Bonũ est igitur ante principiũ itineris fleubothomare vel farmacare secundũ q; medico melius videbitur expedire: ex hoc enim redditur corpus agilius et ab egritudinibus securius: nullo igitur modo volẽs iter arripere hoc faciat sine cõsilio boni medici. Quarta regula sumitur ex parte caliditatis continentis. Sunt em̃ multi qui itinerare ꝓponũt et coacti sunt in tẽpore calido qui multũ studere debent ne eorũ membra maxime cerebra a calore cõtinentis ledantur. Sepe em̃ ex hoc homines incurrũt capitis dolorem fortem et febrem effimerã vel putridã et alias egritudines quas non est necessariũ hic enarrare. Cooperiantur igitur capita eorum vt defendantur a sole q̃tum possibile est. Amplius itinerantes hoc tẽpore solicitare debent de eorũ pectoribus vt scilicet nõ desiccentur ne super caleſiant ꝓpter exercitiũ et aerem attractũ qui est valde acutus ⁊ calidus. Debent igitur epithimare et inũgere eor pectora et specialiter cordis regionẽ que est sub mãmilla sinistra epithimatibus frigidis et humidis et vnguẽtis frigidis et humidis pura cũ muscillagine pssiũ et succo portulace et similibus. Amplius tẽpore calido anteq; diera iciatur et dato

Ad tolerãdũ fa.

Ad tolerãdũ siti.

Tertia regula.

Quarta regula.

Modus ꝑseruãdi

q̄ aliquis non fuerit famelicus bonū est omnino aliquid comedere cōue
niens ad resistendū tempori puta ius hordei et syrupū de fructibus et si
milia. Cum enī equitant et in eorum interioribus nihil existit multū de-
bilitantur ex resolutiōe et nō erit quod restauret. Sumat igitur aliquid
ex predictis vel similibus et non incipiant dietā anteq̄ descendat ab ori-
Unguē- ficio stomachi. Amplius bonū est q̄ secum deferant vnguenta frigida et
ta. humida nota puta oleum violatum et rosarū nenufaris et vnguentū po-
puleon ex quibus inungatur eorū spina et pectus hora post horā et mul-
ti sunt qui iuuantur ex balneo in aqua frigida cū incurrunt aliquā lesionē
ex caliditate continentis: melius est tamen ne hoc subito fiat sed parū ex
Contra pectent et deinde ordinate ad ipm̄ p̄cedant. Amplius si quis timeat ma
malos o- los odores ex aere et venenosos: nares simul et os ligare debet et obtu-
dores. rare et in hoc tolerare dolorem et anteq̄ incipiat dietam debet sorbere
lac sine butyro i quo fuerit infusum cepe minutū fortis incisionis et sepe
comedere et sic nō nocebunt sibi odores. Bonū etiā est odorare oleū ro-
sarum et sorbere et bibere oleum de cucurbitis. Ex hoc enim remouetur
venenosorum malicia: et si quis iam ex talibus odoribus nocumentū in
currerit proiiciatur super eius extremitates aqua frigida et facies ex ea
lauetur et comedat olera frigida et super caput eius fundatur ex oleis
frigidis et siccis notis et omnino a coitu caueat et si coierit confert ei vi-
num temperatum et pisces saliti ad appetitus stomachi reuocationem et
confortationem: vinum quidem temperatum ad virtutis cōfortationem
De febri et sitis sedationem. Et si febre cauerit lac ei cōpetit nisi capitis dolorem
te. patiatur: quia nutrit: humectat: alterat: et facile digeritur: et si febrem
patiatur et non putridam sed effimeram cōperit lac acetosum et si sitim
patiatur immensam post illos aeris odores venenosos se curet os lauā-
do et gargarisando et hora post horam parū transglutiendo et postq̄ si
tis mitigata fuerit bibat et anteq̄ bibere incipiat bibat parū olei rosati
mixti cum aqua et post aquam bibat. Amplius bonū est q̄ tales qui ca-
lore continentis lesi sunt maneant in loco frigido et pedes abluant aqua
frigida et si fuerit sitiens aquam frigidam bibat ⁊ nutriatur ex cibo qui
Quinta cito digeritur. Quinta regula sumitur ex parte frigiditatis continē-
regula. tis nam in tempore frigido itinerare magnus est timor: licet homo multum
De frigi se custodiat. Nam ex frigore continentis interdum totum corpus stupe-
ditate. fit spasmatur et mortificatur et appopletici moriuntur et interdum mē-
bra exteriora: puta pedes manus ⁊ oculi ex tali frigore q̄plurimū pati
tur intantum q̄ interdum putrefiunt et cadunt et consequenter sequitur
mors. Multi etiam ex frigore continentis cadunt in appetitum caninū.
Bonum est igitur q̄ in tempore frigido volentes iter arripere procurēt
vestes ceteris caliditores et que sunt iste vestes superius dictum est capi
tulo de indumentis et quia frigus subintrare consueuit per nares aures
et os et ceteras corporis porositates: bonū est q̄ meliori modo quo possi
bile est obstruantur ne frigus subingrediatur: et quia in capite et facie
sunt multe vie per quas frigus potest subintrare. Debet medicus solli-
De co- citari circa cooperimenta capitis et faciei. Et quia interdum membra fa
opimētis ciei vt oculi sunt nobiles et necessarij et ex frigore consueuerunt incurre-
re lesionem: puta ruborem et interdum apostema et magnum dolorem
sollicitandum est in eorum custodia: cooperiantur igitur oculi et inuolu-

Digitized by Google

tur panno subtili sic ꝙ ex eis nichil sit discoopertum nisi quod est necessarium: faciem etiã a venti oppositione quanto plus poterit remoueat. Bonum est etiã ꝙ talis coopertura sit super totam faciem et non solum sup oculos: et pannus quo oculi terguntur nõ debet esse calidus. Si enĩ oculus ex tali ligatura fuerit calefactus plus leditur a frigore: nã aqua calida citius cõgelatur. Unde debentes itinerare non debent se opponere caliditati ignis aliquo modo: et si predicta nocumenta acciderent oculis vaporem cum aqua decoctionis camomille vel sticados vel aneti et similium. Et si videamus necessitatem fiat fleubothomia et farmacia: et quia istud pertinet ad regimen curatiuum non scribo plus de ista materia. Amplius medicus multum sollicitari debet de coopertura extremoꝝ et specialiter pedum: cooperiantur igitur calidis cooperimentis sicut de toto corpore dictum est. Et anteq̃ homo se exponat itineri pedes specialiter sunt multum fricandi et deinde ex oleo oliuarum veteri fricãdo sunt inungendi vt caliditas de potentia ad actum deducta per fricationẽ melius conseruetur: et si sit oleum de sticados vel camomillinũ vel anetinũ vel ab arbore cedri melius extremitates a frigore defendẽtur. Fiat igitur hec fricatio et inunctio hora post horam secundum ꝙ necessitatem videbimus magis imminere et facta fricatione et inũctione cooperiant̃ et inuoluantur pannis lineis mollibus immediate et deinde supponatur lana succida et supponetur plantis pedum et deinde calcietur calceis seu caligis calidis et deinde calcietur sotularibus vel ocreis largis in quibus pes et pedum digiti moueri possint: talis enim motus est de his que maxĩe defendũt pedes a frigore: et quãdo pedes ⁊ digiti pedũ infrigidãtur et perfecte moueri non possunt siue mora redeundum est ad fricationem et inunctionẽ vt predictum est: ⁊ ꝙ multum laboret in eorum motu. Et dicunt aliqui ꝙ submersio extremitatum ĩ aqua frigida confert in tali membrorum stupefactione sicut videmus in pomis congelatis. Si enĩ ponantur in aqua frigida redeunt ad naturam suam: et si ponantur prope ignem minime: sic etiam ymaginantur de extremitatibus multum infrigiditatis ꝙ melius est ꝙ submergantur in aqua frigida q̃ igni apponant̃ de ꝓpinquo. Forte em̃ ꝑ antisparistasim mẽbrũ infrigidatũ in aquã frigidã positũ calefit. Nã frigiditas aque circũstans et quodãmodo ratione humiditatis mẽbrũ arefactũ et quasi a frigore cõgelatũ remolliet sicut videmus glaciẽ in aqua remolliri caliditatẽ mẽbroꝝ cõfortat et fortificat: quia vnũ quodq̃ contrariũ ad presentiã sui contrarij fortificatur: caliditate igitur in membro fortificata membrũ totum in circunferentia plus calefit q̃ ante. Et specialiter quia membrum est magis aptum suscipere caliditatem: quia remollitum: sed si membra exteriora propter frigus inflent̃ et non deuenerunt ad viriditatẽ vel nigredinẽ mansiuam cũ aliquali priuatione sensus signum est ꝙ caro circunferentialis totaliter nõ est corrupta et mortificata et ꝙ cura cadit absq̃ hoc ꝙ remoueat̃ caro a membro. Bonũ est igitur ꝙ membrũ ponat̃ in aqua calida decoctionis aneti vel camomille vel sticados vel cauliũ vel naponum et emplastretur membrũ cũ bolo ⁊ si inungat̃ membrũ aliquo oleorũ supradictoꝝ aliquantulũ prope ignem et post fricationẽ non erit malũ. Si aũt viride vel nigrũ effectũ est membrũ mansiue cũ sensus et motus priuatione fienda est scarpellatio sic ꝙ sanguis exeat a carne sua et ponendũ est mẽ-

Aqua calida citiꝰ cõgelat̃.

De ꝑtibꝰ extremis

Bonũ exꝑimẽtũ de pomis ꝯgelatis

brum in aqua calida ne sanguis cōgeletur in eodem ⁊ deinde epithymādum est membrum cum bolo armenico dissoluto cum vino vel aceto: et deinde lauandū est membrum cum vino calido: ⁊ deinde epithymādum quousq; membrū redeat ad suā naturalem dispositionē. Et si forte caro sit omnino mortificata ⁊ remollita putrefacta malū odorē reddēs scarpellatio nichil proficit: sed procurandū erit q̄ caro putrida totaliter remoueatur qđ quomodo fieri debet exit limites regiminis sanitatis. Amplius scias q̄ itinerātis tempore niuis ⁊ ex albedine niuis immoderata et ex frigiditate continentes consueuerunt oculoꝝ incurrere imobilitatē et visus destructionem propter nimiam disgregationem factā ab albedine niuis. Bonum est igitur q̄ q̄ hoc tempore itinerare proponit induat vestimentis nigris et corpus aut caput ⁊ oculos cooperimēto nigro cooperiat: aut in manu teneat pannū nigrū quem aspiciat. Item talis itineraturus tempore frigido nō se exponat diete anteq̄ comedat ⁊ bibat bonum vinum ⁊ subtile ⁊ odoriferū: nec statim post cibi repletionem incho anda est dieta: sed postq̄ natura egit in cibū ⁊ deide corp⁹ totū calefactū est: et si omnino sit necessarium ambulare post comestionem: minus est comedendū ⁊ vinū permixtū cū aliquantulo aque bene calefactū igni est bibendum ⁊ in principio itineris non est mouendum nec ambulandū ambulatione forti ne digestio corrūpatur: sed ambulatione leui quousq; cibus in stomacho quodammodo sit digestus. Si enim ambuletur ambulatione forti cibus descendit de stomacho ante digestionem perfectam et corrumpetur digestio: ⁊ cum aliquis itinerans impleuit suam dietam et est in hospicio non statim appropinquandū est igni: sed in loco calido lōge ab igne stare debet ⁊ ignem circuire ⁊ sic paulatim appropinquare ad ignem: parum enim mozandum est prope ignem. Et si corpus hominis itinerantis esset stupidum ⁊ cōgelatum fricandum est totum corpus in loco calido ⁊ deinde inungendum cum oleis calidis aromaticis: cuius modi est oleū liliaticum ⁊ anetinum ⁊ camomillinum ⁊ de cinamomo vel de sticados et deinde ponendus est in loco molli et cooperiendus cooperimentis mollibus calidis et actualiter ⁊ virtualiter ⁊ permittendus est dormire et quiescere ⁊ si videamus magnam imminere necessitatem: homines habentes corpora calida ⁊ lenia debent esse nudi cū eo in lecto ante ⁊ retro ⁊ ipm calefacere et fricare eius ventrem ⁊ costas ⁊ pectus: et deinde bonum est q̄ eidem exhibeatur parum de assa fetida ⁊ mirrha et pipere ⁊ vino forti. Amplius aqua carnis est ei conueniens deinde potest cibari cum micis panis infusis in brodio carnium laudabilium ⁊ in maxima quantitate bibat de optimo vino: ⁊ eidē lectus mollis preparetur in quo multis cooperiatur pannis et precipiatur eidem vt dormiat diu et postq̄ expergefactus fuerit et conualescere inceperit ingrediat balneū in quo longam faciens mozam diu fricetur. Et ex aliquo oleoꝝ suprādictoꝝ inungatur ⁊ admisceatur predictis oleis castoꝝ: costus mus: et euforbium. Si autem itinerans nō sit congelatus et stupidus sed ipsius manum contigerit frigus sufficit fricatio et balneū: et si min⁹ frigus adhuc cum terigerit sufficit moza in loco calido per vnam hozam: ⁊ ad ignem appropinquare paulatim et secundū ordinem. Cibaria autem que quis comedere debet itinerans tēpore frigido: sint calida actualiter et virtualiter ⁊ in ei⁹ cibis vtat nucib⁹ alleis cepis porreis ⁊ butyro. Et nu

De itinerātib⁹ cōtra visionē niuiū.

De ambulatiōe forti.

Regimē

De cibis calidis.

Digitized by Google

es habent in hoc mirabilē proprietatē. Unde itinerātes tēpore frigido secū deportent de nucibus munitionē. Unde si nuces ⁊ allea simul pistentur et cum aqua carnium laudabiliū distēperentur multū corpus calefacient et a frigore tuentur si in potu vel cibo sumantur: et ad idem valent calide cōfectiones quibus itinerantes tēpore frigido nō debent carere. Amplius bibere vinū bene forte et in copia et parū comedere de aliquibus cibarijs vnctuosis multū confert ad propositum. Amplius tota nucha ⁊ specialiter principium: scilicet posterius colli inungatur hora post horam vnguentis calidis superius nominatis quibus itinerantes tempore frigido nullo modo carere debent. Ampli⁹ magna cautela est exhibēda in custodia colli et specialiter posteriorīs partis vbi est principiū nuche totum igitur collū ⁊ specialiter pars illa inuoluatur in volutionibus calidis actualiter et virtualiter et similiter intelligat de posteriori parte cerebri. Amplius scias q itinerantes tēpore frigido debent secum ferre odoramenta calida ad calefactionem ⁊ cōfortationem cerebri cuiusmodi sunt odoramēta calida ex musto et ambra et ligno aloes et similib⁹. Amplius scias q lotio extremitatū in aqua calida salsa quotidie mane et sero est deꝓhibentibus extremitates ledi a frigore. Nam ex hoc extremitates calefiunt et indurant et superfluitates in eis cōsumūtur et sic impassibiliores efficiuntur. Sexta regula regimis itinerantium sumitur ex debilitate et labore que itineranti contingere cōsueuerūt. Cum igitur fortis labor et fatigatio itineranti contingit cū ad ociū peruenerit ad vnam horam quiescat: deinde balneum intret et in eo permaneat donec caro lenis fiat et rubea: et deinde totū corpus fricetur leniter et minime cū pollice quasi cōprimendo tāgatur seu palpetur et deinde inungatur totum corpus et specialiter iūcture. In hyeme quidē oleo calido anetino vel camomillino vel sticados: et i estate cū oleo rosato ⁊ camomillino: deinde quiescat et dormiat et lecti mollicie augmentet et plura sup se ponat cooperimenta: deinde cū excitatus fuerit a somno ad fricationē iterum redeat ad balneum et fricationem et iunctionem et sic ad suam reuertatur cōsuetudinem. Septima regula sumitur ex parte aquarum quibus itinerātes necessarium est vti. Que autem sunt meliores aque et quomodo dinoscūtur superius dictum est: et quia itinerantes non possunt semper inuenire aquam bonā bonum est q secum deportent de luto proprie terre de luto quidē libero nō fetido ex quo cū quenerint ad locū quietis et forte aquā non inuenerint laudabilē ponatur in aqua et fortiter pmisceatur cū eadē et duabus bullitionibus bulliat in eadem et tunc dimittat quiescere donec aqua fuerit clarificata: et si videamus aquas grossas vel turbulentas bullienda sunt vel de vase in vas ponende vel distillande per alembi cum vel cum filtro cuius extremitas vna ponatur in vase pleno aque et alia in vase vacuo et sic tota aqua existens in vase pleno ad vas vacuum distillando mouebitur et sic aqua efficitur pura et subtilis: vel p colationem et ex farina tortellorū madefacta sic cooperte coletur. Amplius aluminis iameni in aquam positio ipsam clarificat. Amplius scias q comedere cepas et allia et lactucas cū aceto reddit hominem securum a malicia aquarū ⁊ similiter permiscere aquam aceto et diuersas aquas sibinuicem permiscere: et si aqua fuerit salsa quā bibere oporteat ponēde sunt in ea sorbe: mel vel fructus mirti vel citonia et bibenda est cum aceto. Si

Nuces ⁊ allea habēt ꝓpetatē miribilem.

Unctio nuche.

Odorifera competunt.

Lotio extremitatum

Sexta regula de fatigatione.

Septima regula.

Digitized by Google

autem aqua fuerit stans et habens in se putrefactionē permisceatur cū
succo granatorū vel citoniorū vel pomorū acetosorum et bibens talem
aquam debet euitare cibos calidos et nullo modo vinū bibat nisi fuerit
debile. Nam tales aque maxime sunt febriles: et si forsan aqua fuerit
amara admisceatur zuccarum et dulcia comedat: et si aqua ventrem sol
uit stiptica nota comedat. Amplius si in aqua fuerint herbe in quib⁹ est
acuitas comedat cibos dulces et vnctuosos et in colatura aque studeat
et si dubitam⁹ q̄ in aqua sint sanguisuge vel alie bestiole que et ipercepti
biles ne forte eas transglutiamus bonū est aquā bibere mediāte panno
lineo subtilissimo. Tali igitur panno cooperiat os et per ipm aquā trans
Modus bibendi aquam. glutiat. Aqua vero si fastidium fecerit cū succo granatorū erit bibenda.
Et vt sit ad vnū dicere aqua per cōtrariū est corrigenda.

¶Capitulum.xxb. De transfretantibus:

Oportet qui vult mare intrare anteq̄ ma
re intret p aliquos dies cibū eius minuere ⁊ minus co
medere consueto q̄ vratur cibis roborantibus stoma-
chum et illa cibaria dicta sunt superius in capitulo de
Ista iuuant sup̄ mare. conseruatione stomachi et ceterorū membrorū. Am-
plius volens mare intrare muniat se pomis granatis
et citonijs cum aceto et macianis et optimo vino odo-
rifero piscibus paruis salsis et pomis citrangulis ⁊ li
monibus et optimo cōposito ex piris et coctanis cum
aceto et speciebus: et similiter deportet secum cappares et alia que ap-
petitum confortent et reducunt et valent contra vomitū: et similiter de-
portent secum oliuas salsas et radicē que comesta post cibum multū ress
tit vomitui et specialiter si comedatur cū aceto et sale in panca q̄titate
et prima die qua quis nauem ingreditur non intreatur aquam nec caput
teneat eleuatū nec bibat nisi forte valde parū: et hec sunt que stomachū
confortant et vomitum refrenant: et si contingit dolor et subuersio in sto
macho et vomitus: permittendus est vomere aliquibus vicibus: hoc enī
ei nō nocebit qui si forte vomitus superfluat retineatur cum his que vo-
mitū refrenant: puta cum pomis granatis et citonijs et macianis et cum
Semē ap̄ nause odore panis tosti infusi in aceto optimo. Et scias q̄ semē ap̄ bibitū nau
am curat Ista ipe seam sedat et specialiter si sit torrefactū et in aceto infusum ⁊ absynthiū
diūt ascē bibitū et amplastratū et odoratū est ex his que idē prohibent. Amplius
sum vapo bonū est q̄ nutriantur ex acetosis confortantibus os stomachi et vapo-
rum ad caput. rem ne ad caput ascendat prohibentibus et hoc quidē est sicut lentes co
cte et frixe cū aceto comeste vel cū aggresta ⁊ addatur parū de puluere
calamēti. Amplius panis assatus ⁊ infusus in vino bene redolēte come
stus valet ad idē Amplius mice panis assati lote i aqua frigida comeste
cum vino vel simplicia aqua valēt ad idem et si superfluus inuaserit vo-
mitus: queras curam in libris de cura egritudinum.

¶Capitulum vicesimumsex-tum De confectionibus.

Digitized by Google

Uia homines sani communiter vtū
tur cōfectionibus et ante cibū et post et stomacho
pleno et vacuo et tpe calido et frigido bonū michi
videt de cōfectiōibus hic facere vnū capitulū spe-
ciale. Sciēdū igitur q̄ hoies cōiter vtūtur in sanita
te eoꝝ cōfectiōibus magis advoluntatē q̄ propter
necessitatē. Unde saluo iudicio saniozi puto q̄ plus
nocēt in sanitatis regimīe q̄ pſunt. Unde si ꝑpetūt
per aliquē modū corporibus sanis hoc est ad p̄ser-
uandum ab aliquibus malis cōtingere possibilibus. Sed hoies eis isto
modo cōmuniter non vtūtur: sed ad voluntatē et potus delectationem.
Unde si aliquis comederet confectiones ne potus vini noceret melius
esset ratibus panem comedere: quia tamen homines eis cōmuniter vtū-
tur et hanc cōsuetudinē vtēdi dimittere non possunt volo meliozē modū
vsus earum patefacere. Sciendum igitur q̄ meliozes confectiones que
sunt in vsu et magis delectabiles sunt hee: zinziber conditum zinzibria-
tum cum zuccaro vel cum melle et pineatum et fisticatum et auellane
cōdite et anisum conditum et coriandrum conditum et dragea grossa
et dragea in tabula et zuccarum rosarum in tabula et dyaciminum et
cōfectio que nominatur marcepen et nuces confecte cum zuccaro vel
cum melle et auellane condite cum zuccaro et dactili. Harum autem
confectionum quedam sunt conuenientiozes in hyeme et complexione
frigida et in senectute et huiusmodi confectiones sunt: pura zinzibria-
tum et specialiter de india: et zinziber viride conseruatum cum melle
et dragea grossa et in tabulis et nuces condite cum zuccaro et gario-
filis et melle et similes cōfectiones calide: et alie sunt minus calide mul-
tum vt zuccarum rosatum alexandrinum in pixide et in tabula et dyaci-
tonium que magis cōueniunt in estate et complexioni calide ⁊ in etate iu
uentutis et pira condita et cucurbite condite et coriandrum conditū. Hec
ni sunt cōfectiones minus calide aliꝭ. Amplius harum confectionum
quedam sunt que magis cōpetunt tēpore ieiuniozū: puta quando stoma-
chus est inanitus cibo in collatione de sero: et alie sunt que magis cōpe
tunt post cibum immediate vel ante cibum de propinquo. Confectiones
ieiunantibus magis cōuenientes sunt confectiones minus desiccatiue et
minus acute: in quibus magis reperitur de ratione nutrimenti sicut pi-
neatum et fisticatum et zuccarum rosatum et confectio nominata marce-
pen et similiter auellane condite et nuces condite cum optimo melle de-
spumato et paucis speciebus et similiter dactyli conditi. Si ni stoma-
cho ieiuno bibatur vinum sine omni comestione in pauca quantitate inci-
tabit stomachum ad appetitum sequentis cibi quo non indigent ieiunare
volentes: et si bibatur vinum in magna quantitate sine comestione ledi-
tur stomachus et cerebrum et totum corpus: et si de predictis speciebus
comedatur vini nocumentum remouebitur nec stomachus ad appetitū
sequentis cibi preparabitur: nec ex his confectionibus corpus desiccabi
tur. Sed si comedantur alie confectiones acutiozes et calidiozes et ma-
gis desiccatiue et plus distentes a ratione nutrimenti non sic nocumen-
tum vini remouebitur: et ad sequentem cibum stomachus incitabi-
tur. Unde zinziber conditum et specialiter de india et dragea gros-

Cōfectio
nes bone
ac laudā-
de.

Ꝓzo ieiu
nantibus

Vinū ie-
iuno sto-
macho
ponum.

Digitized by Google

Cõfectiones post comestionem.

sa et carni conditũ et anisum conditum ieiunantibus non multum congruunt: sed si quis post cibum immediate velit vti cõfectionibus ad digestionis cõfortationẽ in stomacho ⁊ specialiter i orificio stomachi quod est naturaliter frigidius et ad digerendũ debilius: tunc zinziber conditum et zinzibriatum et zuccarum est eis conuenientius et debent recipi in pauca quantitate et parum valde superbibendũ est bonũ vinum: et si quis post cibum immediate sumptum consueuerit sentire eructuationes ventosas vel comederit cibos ventosos et vniuersaliter habeat stomachũ ventosum: tũc post cibum immediate bonum est vti anisi condito et carni cõdito et dragea grossa. Et si quis naturaliter habeat orificiũ stomachi debile tunc post cibũ vtatur coriandro condito. In hyeme quidẽ cũ puluere quarundam specierũ et in estate sine speciebus. Hoc etiam coriandro cõdito potest quis vti tempore ieiunij in collationibus serotinis et ad obuiandũ nocumento vini dato ℔ non tantũ appropinquat nutrimento sicut confectiones superius nominate. ℙostꝫ sũt stomachi orificium est clausum nullo modo bibendum nec comedendum species non obstante ℔ magnorum. ſ. regum et regaliũ et diuitũ consuetudo sit in contrarium: nã ex isto duplex venit nocumẽtũ. ℙrimo quidẽ: quia ex hoc stomachi orificiũ aperitur si cũ delectatione suscipiatur: et hec est causa corruptionis digestionis vel diminutionis ipsius in stomacho. Amplius tales cõfectiones citissime digeruntur: et sic digerũtur citius reliquo cibo et post earũ digestionẽ non habentes exitum a stomacho manentes vltra debitũ tẽpus corrumpũtur et totam massam corrũpunt: et si oino quis velit ifra duas comestiones cõfectiones comedere et consuetudinẽ nõ mutare meliores confectiones sunt que magis digestionem cõfortant et ꝙ sunt subtiliores in substantia et actione. Tales enim confectiones cũ tota massa ptisanaria in stomacho existente citius permiscentur: et sic minus impediunt digestionẽ et cũ alijs simul digerũtur. Unde saluo iudicio meliori puto ℔ i tẽpore hoc marcepen et pineatũ ⁊ fisticatũ ⁊ dacryli cõditi et nuces cõdite et auellane cõdite et similiter coriandrũ conditũ non competunt: sed zinzibriatum zuccarinũ quod pasta regis nomiatur et dragea grossa et i tabula ⁊ zuccarũ rosatũ magis cõpetũt et dyaciminũ ⁊ ℘fectio de citonijs hoc tempore minime conferunt. Amplius sunt quidã quorũ digestiua est debilis in toto stomacho et quorum stomachus est frigidus et ventosus et calidus bonũ est per modicã horam ante cibum calidas confectiones comedere et ventositatis dissolutiuas: et sic stomachus melius digerit cibũ quẽ suscepturus est. Debent autẽ predicte cõfectiones sumi anteꝙ suscipiatur sequens cibus per tantũ spaciũ ℔ sint deducte de potentia ad actum a calore stomachi et ℔ iam stomachũ calefecerunt et ad inferius descenderunt: et puto ℔ ad hoc potest sufficere spacium vnius hore cum dimidia: nã tales cõfectiones que sunt subtiles in substantia ⁊ actione et in pauca ℘tirate recipiũtur: citissime digerũtur et stomachũ cito preparant ad suscipiendũ sequentẽ cibũ et cũ talibus cõfectiõibus bonũ est parum sumere vini boni et optimi confectiones autẽ ad hoc omnino valẽtes sunt que sunt calide subtiles in substantia et actione et stomachũ confortant et ventositates dissoluunt: et huiusmodi sunt zinzibriatum: et specialiter de india et dragea grossa carni conditum et anisum conditum et similes confectiones.

De coriãdro.

Tẽpus sumẽdi cõfectiones ℘ cõfortatiõe stomachi

¶Quarta pars. Capitulum primum De paratis cadere in egritudinem.

Deinceps determinare volumus de regimine corporum que parata sunt cadere in egritudinem non quidē ratione naturalis lapsus in cōplexione qz de regimine talium corporum sufficienter dictū est in prima parte huius. Volumus autē in hoc capitulo mentionē facere de corporibus paratis cadere in egritudinem de propinquo propter causam accidentalē in eis existentem quam causam per q̄dam accidentia contra naturam inuēta percipimus et vocamus talia corpora neutra desinentia que tamē ad huc sunt in latitudine sanitatis: vnum autē sermonem conuenit preseruare in omnibus talibus corporibus q̄ similis est custodia futurorum ꝛ curatio presentiū: per eandem em̄ medicinam per quam curantur egritudines actuales: curantur etiam parati ad eas de propinquo: et sic istorum regimen sufficientius habet per regimen curatiuum. ¶He igitur transeamus nostri propositi limites: scilicet regiminis cōseruatiui: de regimine talium corporum et de modo succurrendi eorum accidentibus dū adhuc permanent in latitudine sanitatis breuiter pertrāseo: et qui de hoc plus scire curauerit legat antiquoꝝ libros de sanitatis regimine vniuersales et particulares. Sciendū igitur q̄ qui sunt parati cadere in egritudinē: aut sunt parati propter repletionē sui stomachi: aut ꝓpter cruditatē seu maliciam humorū q̄ in eis existunt. ¶Quo ad primum temperanda est humorum quantitas: et quo ad scōm corrigenda est humoꝝ qualitas p cōtrarium: vel ad hunc finem q̄ corpus ex his possit nutriri vel q̄ obediāt expulsioni: humoꝝ autē q̄titas temperat cum equalitate q̄titatis nutrimēti ꝛ augmēto exercitij et fricatione ꝛ balneo ꝛ vt cibus eis parciatur et nō vna vice suam compleat satietatē ꝛ si de facili sudēt fiat vt aliquibus diebus sudēt ꝛ tardet comestio post balneum ad spacium quartuor horarum: nisi dubitemus motum coloze rubee ad stomachū: tales em̄ cibandi sunt ante balneum: et si tales sic baineari ꝛ cibari sentiāt in lateribus opilationes: vtātur de opilatiuis notis ꝛ appropriatis eoꝝ complexioni. ¶Posset autem esse tanta humorum multitudo ꝛ plenitudo q̄ p̄dicta non sufficerent sed esset necessaria fleubothomia ꝛ farmacia. ¶Posset etiam tantū peccarum esse in qualitate humoꝝ q̄ alterantia cōtraria nō sufficerent: sed essent necessaria euacuantia. Et qz parati cadere in egritudinem habēt quedā accidentia ꝛ signa egritudinis prenosticatiua de his signis accidētibus et de eoꝝ remedijs generalibus volo in hoc capitulo ptrāsire: nā de hoc speciali? tractare pinet ad librū de ingenio sanitatis. Incipiamus igit ab vna mala aptitudine egritudinis p̄nosticatiua q̄ est generalis ꝛ ponamus eius remediū: ꝛ est illa mala aptitudo labor spontaneus: quando em̄ aliqs sentit se multum fatigatū ac si fecisset magnū exercisium ꝛ membra confracta et dolorosa: ac si membra eius essent p̄cussa proculdubio significari potest egritudo futura nisi remediū adhibeatur: nec remediū huius aptitudinis male coincidit cū cura egritudinis alicuius particularis: et ideo de remedio huius accidētis diffusius ē

Duplex cā egritudinis future.

¶Humorū temperamētum.

Digitized by Google

tractandum ꝙ de remedijs aliarum malarū aptitudinū quarum cura co incidit cū remedijs aliquarum egritudinū specialiū. Unde etiam sapientes loquentes de regimine sanitatis de remedio huius accidētis longū faciunt sermonē. Est enī hec aptitudo non ad egritudinem specialē vnā: sed ad multas: nec etiam est aptitudo ad egritudinē huius mēbri determinati: sed totius corporis ⁊ omniū partium eius tam interioꝝ ꝙ exterioꝝ. Bene igitur expedit de hac aptitudine mala ⁊ de eius remedijs longiorem facere mentionē. Sciendum hoc ꝙ spontaneus labor triplex est ꝙtum spectat ad propositū. Ulceratiuus ꝙ est ex humoꝝ mala qualitate acuta ⁊ mordicatiua: vel grauatiuus vel extensiuus qui est ex humorum immoderata ꝙtitate: vel apostemosus ꝙ prouenit ex humorib⁹ peccantibus in quātitate et qualitate. In oibus his laboribus spontaneis indigemus alterātibus vel euacuantib⁹ aut vtroq; modo. Quo ad laborē ulceratiuum indigemus alterācibus ⁊ corrigētibus maliciam humoꝝ. Quo ad extensiuum indigemus euacuantibus. Quo ad apostemosum indigemus vtrisq;. Alteratio ⁊ digestio fit a natura ⁊ cū medicinis cōuenientibus ⁊ cibis ꝙ habent humorē corrigere ⁊ aliquādo somn⁹ ⁊ quies et fames iuuāt ad hoc. Euacuatio fit cum medicinis que prouocant vrinam ⁊ sudorē et ventrē ⁊ fleubothomia ⁊ exercitio. Dic igit̄ est modus generalis remediandi labori spontaneo. Et vt laboris ulceratiui specialius curam et remediū videamus. Sciendum ꝙ humor acutus mordicatiu⁹ est causa huiusmōi laboris: et iste humor mordicatiuus non solū est coleric⁹ sed melancolicus ⁊ fleumaticus. Colera namq; mordicat ꝓpter suū acumen: et melancolia propter suam acetositatē: fleuma ꝓpter ipsius salsuginem. Isti autē humores ꝙ sunt causa laboris: vel sunt sub cute ⁊ in porositatibus membrorum vel sunt profunditati in musculis vel sunt inuenis. Amplius aūt cum istis humoribus vel sunt humores mucillaginosi et grossi et viscosi vel non. Et si sint mucillaginosi vel sunt in venis cum sanguine vel in spongiositatibus membrorum ⁊ musculorum cum predictis humoribus in venis: vel est in multus sanguis vel paucus: panc⁹ q̄dem cum tales humores sunt multi ⁊ multum elongant̄ a natura sanguinis et multus cum sunt propinqui nature sanguinis et fuerint pauci. Si igitur humores qui sunt causa ulcerosi laboris sunt sub cute sufficit exercitium et fricatio et balneum et syrupus acetosus et cibus subtilis. Si autem isti humores causantes laborem ulcerosum sint locati in carne et musculis indigemus quiete ⁊ abstinentia a cibo. Ista enim adducunt digestionē nec tunc indigemus exercitio: et in sero balneant̄ in aqua calida et cibentur cibis subtilibus et vtantur syrupo acetoso. Et si accidens sederit cum isto regimine bene quidem cognouimus causam et locum. Si autem humores sint in venis magnis: q; scilicet sunt ꝓpinqui nature sanguinis et cum multo sanguine ⁊ non sunt humores mucillaginosi fiat sola fleubothomia. Et si sint cum pauco sanguine et nō sint humores mucillaginosi. Et sint longinqui a natura sanguinis exhibeat̄ farmacia humori appropriata: et si in venis sint humores mucillaginosi ⁊ grossi nullomodo fiat fleubothomia: sed ante subtiliet̄ sanguis cū subtiliantib⁹ legumbus: nam fortia subtiliantia spergunt humores ad membra subtilitatione. Si sit multus sanguis ⁊ humores predicti sunt propinqui nature sanguinis fiat fleubothomia: et si paucus sanguis et humores distātes a na

Spontaneus labor triplex est.

Colera acuta est mordicatiua.

Humores qui sunt causa laboris.

De hūoribꝰ in venis.

Digitized by Google

tura sanguinis est predictorum humorum subtiliationem fiat euacuatio cum farmacia appropriata. Si autem humores mucillaginosi non sint in venis: sed in membris tunc possunt securius exhiberi fortia subtiliatiua: et que sunt illa scitur ex libris simplicium medicinarum et compositarum. Signa etiam significantia humorem peccantem et locum humoris scias ex libris signorum. Consideratis igitur vrinis et pulsibus ceteris signis et regimine precedente et complexione etate ⁊ tempore consuetudine et similibus et leuiter deueniemus in cognitionem humoris peccantis et loci et q̃titatis: sic igitur patet quomodo obuiandũ est labori spontaneo vlceratiuo. Sed labor extensiuus et apostemosus ex necessitate veniunt a sanguine multo: ideo conueniens est pacientem primitus fleubothomare si particularia concurrant. Quantitas autem fleubothomie accipitur scd̃m tempus anni etatem et complexionem et maiorem ⁊ minorem plenitudinem: ⁊ sunt distinguenda membra in euacuatione huius humoris. Si enim sentiatur in capite grauedo fiat fleubothomia de cephalica et si in membris inferioribus de basilica ⁊ si in vtrisq; membris sentiatur grauedo fiat de mediana. Sic igitur satis est manifestum quomodo obuiandum est labori spontaneo qui potest pronosticare diuersas et multipharias egritudines futuras. Sunt etiam alie aptitudines male et malam egritudinem pronosticantes q̃ pronosticant aliquem egritudinem specialem et in loco speciali que cum remediis earum generalib⁹ valde communiter enumerande sunt. Dicamus igitur primo ꝙ cũ dolor capitis fortis et permanens fuerit vel emigraneus timendũ est ne aqua descendat ad oculos et dilatetur pupilla ⁊ causetur cataracta. Si igitur talis dolor perseuerauerit nec medicinis alleuietur infirmus: infirmati subueniendum est vt arterie que in tympanibus pulsant extrahẽde sunt et sic per illas humor ad oculos non descendet. Amplus saltus faciei ꝑseuerans et fortis: torturam oris significat cui est subueniendum et cum medicinis ventrem soluentibus: et cum medicinis vomitiuis comestio parua danda erit et a vino abstineat: fortibus etiam euacuationibus et fricationibus: necnon et gargarismatibus et sternutantibus vtendũ erit et facies ex forti aceto in quo mentastrum bullierit fricari debet: fortis saltus in toto corpore pronosticat spasmum: et talibus expedit subtiliare regimen: et fortiter euacuare ⁊ fricare corpus cum medicinis acutis. Amplius paralisis parua magnam portendit et expedit subtiliare regimen: et fortiter euacuare et cũ medicinis acutis fortibus que scribuntur in cura paralisis magne. Similis enim est custodia futurorũ ⁊ cura presentiũ. Amplius faciei et oculorum rubedo ⁊ venarũ oculorum manifestatio et mobilitas et luciditas et lachrymarũ descensus: et claritatẽ luminis pati non posse: oĩa hec si cũ dolore forti capitis affuerint frenesim futuram pronosticant. Succurrendũ igit̃ est cũ minutione ⁊ clisteribus et medicinis euacuatiuis: ⁊ ligatione inferioꝝ et fricatione dolorosa: caput quoq; oleo rosato ⁊ aceto infundendũ erit. In cubus ꝑseuerans epilentiam portendit cui obuiandũ est cũ medicinis epilentie scriptis in capitulo de epilentia. Tristicia: timor: pusillanimitas: melancoliam significant q̃bus succurrendũ est: vt in capitulo de cura melancolie scriptũ est. Cũ aliquis quasi muscas volare ante oculos vel aliq̃d simile p̃cepit: cataractas: oculoꝝ futuras prenosticat. Reumatism⁹ est corisa ⁊ si frequẽ-

Humor mucillaginosus.

Signa.

De dolore capitis et que sequuntur dolorem.

De incubo auice. tertia primi ⁊ p̃ma tertij.

ter acciderit passiones pectoris et pulmonis protendit vnde succurrendum est cū minutione et nutrimenti paucitate. Si sudor mali fuerit odoris significat q egritudo vel febris de colera est propinqua. Quapropt
Tremor cordis. danda sunt que colerā rubeā soluunt. Cordis tremor frequens et fortis mortē subitā pnosticat: ideo oportet succurrere cū munitiōe ⁊ medicinis soluentibus ventrē leuiter. Repletio superflua emoptoycā vel appoplexiam vel vene rupturam pronosticat vel subitā mortē: vnde statim cum minutione subueniendum est. Si sensuū perturbatio et motuum debilitatio cum repletione affuerint ne superueniat appoplexia minuendum erit. Succurrendum igitur cum minutione et gargarismo: si grauitas fuerit in dextro latere: et punctura: et tensio: epatis lesionem significat cui subueniendum est vt in capitulo de egritudinibus epatis dictum est. Egestio magis tincta solito significat q colera multiplicat in corpore: et minus tincta solito significat opilationem ozis ad cistim fellis. Isti subueniendum est: vt in capitulo proprio ad hoc scribitur. Facies palpebre inflate idropisim futuram significant quibus subueniendum est vt in capitulo de idropisi. Egestionum fetor magnus fastidiū vel humorū corruptionem significat. Fetor vrine magnam putrefactionem sanguinis significat et febres futuras: fatigatio et dissolutio cum destructione appetitus febrem significat. Appetitiue destructio et fastidium significat: vel colicam: vel colericam passionem futuram quibus subueniendum est cum longo somno et cibi abstinentia et alijs que nominantur in
Fetor vrine. propijs locis: grauitas et intensio in inferioribus ventris cum permutatione vrine a dispositione naturali nocumentum in renibus inchoatū demonstrat ideo cito succurrendū erit: vrine ardor diu pseuerans vesicam et virgam pustulis hereditabit. Subueniendū igitur est vt dictū est i suo capitulo. Mollis egestio ani adustionem et punctura faciens dissenteriam portendit. Amplius pruritus ani significat venturas emorroydas si non contingat causa vermium paruorum ibidem existentiū. Apostemata parua multa pronosticant apostema magnum. Ex multis paruis glādulis magne glandule suspicio oritur: morphea parua alba magnā protendit que adeo intenditur vt lepra putetur. Multus faciei rubor cum
Signa lepre quadam offuscatione ⁊ difficultate anhelandi et vocis raucedine lepram significat. Et vt sit ad vnum dicere si aliqua dispositionis corporis sani mutata fuit scilicet vt appetitus fortior vel debilior existat: vel exeuntia a corpore plura vel pauciora: vel somnus longior vel brevior: vel etiam in somneiras assit vel sudor preter solitum a corpore decurrat: vel ea que a corpore decurrere solebant retineantur vt emorroyde et sanguis menstruus: et vomitus qui statutis horis venire solebat: vel sanguis qui ex
Signa futurarum egritudinum. naribus fluere cōsueuit: vel si totius corporis dissolutio fiat: vel ingenij ebetudo aut in ore sentiat sapor extraneus: aut ea q nō cōsueuerūt delectationē auferre auferant vel ecōuerso: aut coeūdi desideriū sentiat quis augmētari vel diminui: vel in somno occurrat somniū quod non cōsueuit vel corporis color cōuertatur et mutetur: aut actus preter solitū vel ad vltimum cum alicui non cōsuera acciderint et augmētari ceperint. Hec omnia egritudinem futuram pronosticabunt. Quāobrem cuiuslibet predictorum: et causa subtiliter est inuestiganda ⁊ eius saluationē festinandū. Amplius q: hic loquimur de regimine pseruatiuo addenda sunt aliqua

Digitized by Google

quibus homo poteſt a multis egritudinibus preſeruari: et per cõſquẽs in ſanitate preſeruare. Sciendum igitur quod comedere ſimul pira ſiue poma et ova colicam generant et ventoſitates: illorum dolores ꝛ emorroydas: vinum et lac ſimul ſumpta podagram generant. Caſeus et piſcis ſimul ſumpta colicam generãt paſſionem: ova frigida ſumpta maculas generant et ventoſitates in quarum remotione ſtupor accidit: balneari ſtomacho pleno generat colicam. Coire ante euacuationem vrine generat arenulas. Coire cum duabus mulieribus immediate generat lepram. Vnctio cum oleo violato in introitu balnei preſeruat a ſcabie. In comeſtione aquam non bibas: nam potus aque relaxationem ſiue mollificationem cauſat in ſtomacho. Tres haustus aque calide in introitu lecti ſumpti preſeruant a ſiti. Cum piſces comederis non dormias donec in ſtomacho ſint quaſi digeſti quoniam torturam faciunt accidere: quod ſi ſomnum fugere non potes parum mellis ſume vel optimi vini. Si ſero comederis: parum comede et mane te inuenies leuem. Vnde ſi quolibet mane vuas paſſas comederis proiectis arillis bonum erit. Si etiã ſemel in ſeptimana mira bolanos groſſos cum zuccara alba comederis a colericis et ſanguineis egritudinibus ꝑſeruaberis: ꝛ dicũt experimẽratores ꝙ ſi vngues in die iouis preſcindantur a fiſſuris et aliis egritudinibus preſeruantur. Si ſemel in ſeptimana vnum haustum aceti ſumpſeris a dolore ſplenis preſeruaberis. In calciando primo calcia dextrum pedẽ et inde calciando ſiniſtrum: quoniã valet contra dolorem ſplenis et apoſtemata lateris. Si vis vt dentes nõ alterentur mũda eos cũ ligno perſici. Ad virandum ſurditatẽ mitte in aures ſemel in ſeptimana aliquantulum de aceto intinctum in oleo de lilio. Si vis viuere ſanus obſerua vt cibus tuus ſit equalis et nõ plus recipias vna vice ꝙ alia: et cũ appetitu comedere deſinas et cũ ſitieris bibe ad mediũ ſacieratis: hoc enĩ corpus cõſeruat ſtomachum confortat: et cibum ad digerandũ iuuat: et cũ exiſtens in lecto vigilaueris decuba in dextro: et cum dormieris decuba in ſiniſtro ſomno vtere duabus pribus noctis: ꝛ cũ mane ſurrexeris frica dentes cũ ligno aloes et ſale nitro ꝛ roſis aduſtis puluerisatis. Hoc enĩ dẽtes mũdificat et dealbat gingiuas: ꝛ a fleumate liberat et ferozẽ oris remouet.

Regimẽ preſeruatiuum.

Modus dormiẽdi

Cõſeruatio dentium.

¶Capitulum ſecundum De preſeruando a peſtilentia

Hic in regimine preſeruatiuo quod debetur corporibus decidentiũ reſtat determinare de regimine corporũ preſeruandorũ ab egritudinibus peſtilentialibus nobis cõtingere potentibus ab aere preter naturam. Circa quod breuiter ſic procedamus. Hã primo ponemus ſigna ſignificãtia peſtilentiã preſentẽ vel futuram. Secundo dicemus aeris rectificationem Tertio dicemus modũ preparãdi corpora ne ledãtur a peſtilentia aeris quantũ poſſibile eſt. Propter primum ſciendum ꝙ quando in eſtate multe euenũt pluuie nubes quoq; et multitudo pluuiarum die ac nocte pmanſerint: et medionales venti pflauerũt: vel aer ita quietus fuerit ꝙ nõ moueat et cũ hoc meridionalis vẽtus turbidus exi-

Signa peſtilentialia.

Digitized by Google

ſtat. Hec omnia pronoſticant epydimiam futuram in fine eſtatis. Amplius in nocte quando contingunt aeris apparitiones coruſcatiõibus ſimiles et aeris color ſimilis eſt ictericie venti quoq; flauerint poſt quorũ aduẽtum multa animalia et homines egrotant. Et in nocte videntur in aere radij: et ſplendor atq; egrotantes cito mortem incurrunt: aer etiam difficulter attrahitur: et egrotar tiũ hora fetidum emittũt odorẽ. Et ſi quoq; infirmi multum anguſtianter et ſitim habent magnam et ipſorũ infrigidant extremitates vomunt et emittunt humores fetidos et coruptos. Ex his omnibus aeris coruptio vt peſtilẽtia denotatur. Amplius ſcias q; multitudo muſcarũ et reptiliũ ranarũ mortalitatem pronoſticant: et ſimiliter ſi vides mures et animalia que habitant ſub terra fugere ad ſuperficiem terre et exire manifeſte: et videas animalia male nature fugere a nidis ſuis et dimittere ova. Amplius cũ videris aerem alterari vno die multotiens et clarificatur aer die alio et oritur ſol clarus: et alio die conturbatur: et oritur in velaminibus nebule que eſt vt puluis tunc iudica q; peſtilentia accidet. Amplius quando videris turbiditatẽ aeris et nebuloſitatem: et ſperaueris pluuiam et non pluat tunc ſcias q; complexio hyemis eſt coruptа. Peſtilentiam autem eſtiuam malignam ſignificat paucitas pluuie in vere cum frigore: deinde multiplicatur auſter et conturbatur aer aliquot diebus et deinde poſt clarificatur aer ebdomada vna non ſimpliciter et accidit frigus in nocte: conturbatio et putrefactio et caliditas: tunc tam peſtilentia venit et expectatur febris et variole et ſimilia. Hec igitur ſunt ſigna peſtilentie vel future vel preſentis.

Rectificatio aeris

Rectificatio aeris duplex eſt in qualitate et ſubſtantia. In qualitate quidem quando aer excedit in caliditate et frigiditate vl̃ humiditate et ſiccitate. Sed rectificatio ipſius in ſubſtantia eſt quando in aere non continẽte accidit coruptio vel putrefactio vndecũq; hoc contigerit. Si igitur aer in qualitate ſit multum diſtemperatus eligenda ſunt loca vmbroſa ſeptẽtrionalia et alta ventoſa et reprimatur aeris caliditas frigiditate aque et foliis aromaticis frigidis et humidis: et ſic ſuo modo intelligatur ſi aer ſit diſtemperatus in aliis qualitatibus. Aer autem coruptus in ſubſtantia eſt rectificandus cum aromaticis calidis et frigidis: quod horum magis videtur corporibus expedire ſuffumigando aerem ex his intentio enim in his ſuffumigationibus eſt aeris exſiccatio: et vt aer fiat

Calida rectificãtia.

boni odoris et prohibeatur putredo. Calida autem rectificantia et deſiccantia aerem et putrefactioni reſiſtentia ex quibus poteſt aer ſuffumigari ſunt hec: lignũ: aloes: thus: mirrha: muſcus: coſtus dulcis: cynamomũ xilobalſamus: ſtoraxterebentina: cypreſſus: lapdanum: iuniperus: laurus: acorus: aſarum: ſauina: ſquinantum: mel: crocus: et ſimilia. Frigida vero rectificantia ſunt hec: ſandali: camphora: cortices granatorum: citonia: ebanus: roſa. Ex his igitur oportet q; multiplicetur ſuffumigatio et rectificetur aeris putrefactio. Amplius nullo modo aer ſit incluſus non euentatus: nam aeris euentatio et ſpecialiter a plaga ſeptentrionis multum rectificat aerem. Hec igitur breuia ſufficiant de aeris rectificatione. Et nos volumus hic apponere ſuffumigium mirabile et expertũ

Suffumigiũ mirabile.

ad rectificandum aerem coruptum. Recipe bedegar: ſandali rubei: floꝝ rum ana. partem ſemis: xilobalſami: xiloaloes: olibani ana. partẽ vnã et ſemis: ſeminis maiorane: cipri: gariofili: zuccari: albi: muſti ana:

partem semis fudanith vnū terantur et bene dissoluant in qna storacis ābre ana. pars semis fuerit dissoluta. Si quis aūt voluerit corpora a pestilentia preseruare oportet vt extrahant humiditates superflue: ⁊ inclinet eorū regimen ad subtiliationē et desiccationē ex oīni modo ⁊ minorationē cibi: sed nō exercitio: oportet enīvt nō administretur: nec balneū nec etiā tollatur sitis ⁊ rectificetur aer: vt diximus ⁊ declinet cibus ad acetosa et minoret ex eo: et sit caro administrata decocta in acetosis. Amplius vtē dum est succo limonū et agresta et aceto et iuuat etiā succus granatorū. Amplius cappares conditi cū aceto et similiter oliue valent ad idē. Et similiter zuccarū rosarū: tyriaca: et metridatū valent ad idē cū reliquo regimine. Amplius medicamē factū ex ligno: aloes: croco: et mirrha valet multū cōtra pestilentiā et sumatur i die ex eo circa dragimā vnā. Amplius est sciendū ꝙ quādo aer corruptus est in subsitātia: et putrefactus est habitandū est in locis cauernosis subterraneis: et quādo in aere est magna caliditas habitandū est in montanis ventosis vento septētrionali. Amplius sciendū ꝙ bolus armenicus terra sigillata aere pestilentiali prebent magnū iuuamentum. Amplius in aere epydimiali propter corruptionem et putrefactionē aeris: euitandi sunt fructus humidi: et olera: et pisces: et lac: et carnes: excepris carnibus volucrū in montanis degentiū et vituli: et hedi: et similiter perdicū: et vniuersaliter res ventrē lenificātes hoc tpe cōpetūt: quēadmodū sunt tamarindi: pruna: cassia fistula: māna et viola: quādo estas fuerit disposita sicut superius dictū est in principio huius capituli. Infantes et iuuenes et corpa habētes grossa: et colorem rubeum maxime sunt custodiendi ab aeris pestilentia. Et quando estas totaliter cōsimiliter disposita fuerit tunc abstinendū erit a carne et vino et a cōfectionibus de melle factis: ⁊ fructibus specialiter recētibus et dulcibus a balneo et lauacro aque calide abstinendū erit oīno: et aceto vtendū in omni comestione et agresta et succo fructū acetosorū: et si necessitas cogat comedere carnes superius notatas comedantur cū aceto et succo vue acerbe: et similibus superius in hoc capitulo nominatis: et si in corpore sit sanguinis repletio festinemus inanitionē si eras: complexio: consuetudo et reliqua particularia cōcurrant. Mansiones quoq; frigide eligende sunt in quibus est mozandū et fozamina a parte septētrionis sint aperta. Est enī possibile vt hoc regimine vtentes deo auxiliante aeris pestiferi dispositionē euadant. Quando autem in fine estatis multus fuerit calor: et aurūnus valde siccus et puluerulentus et frigus et pluuie venire tardauerint: tūc eligende sunt frigide māsiones: et rectificandus est aer cū infrigidatiōibus et humectātibus: puta cū pānis canabinis aqua aspersis et appensis. Amplius pauimentū mansiōis aqua frigida irrozabit sepe et a labore et coitu et sollicitudie abstinendū est. Amplius hoc tpe aqua calida quis lauādus erit ⁊ aqua infrigidata in potu sumenda: et a nutriētibus calidis et vino abstinendū erit nisi vinū sit lymphatū cū multa aqua. De cucumeribus aūt et cytrullis et his similibus multū erit vtendū: summope cauendū erit ne in sole sedeat et nullo modo ieiunet nec comestio post famē tardet ⁊ nullomodo tolerāda est sitis in dormitione specialiter meridiana eligat loca frigida: pisces quoq; si comedere voluerit sup carbones assatos comedat: vuas quoq; i quibus est acetositas sumat in talibus temporibus: singulis diebus bibere aquā

De comestibilib⁹.

Fructus sunt vitādi.

De habitationib⁹.

Digitized by Google

ordei confert multum et specialiter habentibus corpora multū calida et sicca: hoc enim regimine vtentes febres acutas calidas ⁊ pessimas egritudines hoc tpe contingere potentes euadent. Quando autē in aere apparitiones coruscationibus similes q̄ in capitulo isto dicta sunt apparuerunt fructꝰ ⁊ olera que in tali tēpore nascuntur sunt euitāda et aqua q̄ in superficie terre est: nō est bibenda: aer quoq; calidus est fugiendus: et domus qualibet die aceto ⁊ aqua mixtis est irrorāda: ⁊ si in aere sint odores fetidi rectificet aer cum his que sunt boni odoris vt superius dictum est: et fumiget homo cum sandalo ⁊ camphora. Nutrientia: sint lentes: acetum ⁊ sumac ⁊ succus vue acerbe ⁊ similia: acetū cū aqua temperatū bibendū ⁊ vinum dimittendū. Amplius in hac dispositione multū est solicitandū in rectificatione aeris modo quo superius dictum est. Accidit quoq; in multis annis vt squinātia in vere multos inuadat q̄ mala et periculosa existit. Oportet igit̄ preuenire cū minutione et vētosis in cruribus positis ⁊ ventris solutione ⁊ gargarismis q̄ singulis dieb⁹ et noctibus fieri debent cū aqua rosarum in qua sumac madefactū fuerit ⁊ cum rob moroꝝ et nucum: ⁊ cū his homo preseruabit a squinātia si de⁹ voluerit ⁊ contingit etiā q̄ aliqua hyeme appoplexia ⁊ paralysis ⁊ egritudines et his similes eueniant. Est igitur necesse cū talis fuerit annꝰ frequēter purgare corpus cum pillulis ad hoc appropriatis quas inuenies in libris particularibꝰ ⁊ gargarismis ⁊ sternutationibus iniectionibus totius corporis que omnia inueniūtur in librorū locis particularibus. Amplius eorum nutrimentū est minuendum et subtiliandum. Hec breuiter sufficiant de preseruatione a pestilentia.

Nutrimenta.

Contra squinantiam.

¶ Capitulum tertium de preseruando a veneno.

De coloribus.

De saporibus.

Sapor horribilis euitādus est.

Quoniam autem sant homines ex veneni assumptiōe magnū possunt incurrere nocumētum: bonū est in hoc cautelā ⁊ studiū adhibere sic q̄ hoies ab assumptione taliū venenosoꝝ valēt melꝰ pseruari. Sciendū igit̄ q̄ non est simile de coloribꝰ inuētis in mixtis ex quattuor elementis ⁊ eorundē saporibus ⁊ odoribꝰ. Mā colores mixtoꝝ eandē habent opationem respectu aialū et respectu hois sicut albedo cigni disgregat visum homis ⁊ nigredo cōgregat visum eiusdē: sic etiā ⁊ has easdē opationes habēt isti colores respectu cuiuslibet aialis viuētis: sed nō est sic de sapore ⁊ odore. Unde sapor q̄ est delectabilis ⁊ amicabilis alicui speciei aialiū nō est amicabilis homini: vt sapor ellebori ⁊ coloquintide nō est amicabilis homini: est tamē sapor coloquintide porco delectabilis. Et sapor ellebori est amicabilis turdo. Volens igit̄ euitare speciem comestoꝝ venenosam nō comedat rem in qua participat sapor horribilis nec odor: et specialiter si non sit cibꝰ per experimentū notus. Dubitantes igitur de veneno permixto cū cibo ante omnia lauent peroptime os suū cum aqua frigida limpidissima et purissima: ⁊ tunc illo facto masticet cibus diu: et teneatur in ore et sapor eius notetur et similiter odor. Nam procul dubio si in cibo sit virtus veneni sufficiens ad corpus perimendum percipitur sapor in ore malus et horribilis. Amplius scias q̄ talis deceptio magis latet in cibis:

Digitized by Google

vehementis dulcedinis vel acetositatis: et vniuersaliter participātibus sapozem excellentem. Dubitantes igitur de veneno debent euitare ciba ria: ⁊ similiter fercula ex diuersis composita ⁊ diuersoꝝ coloꝝ varias ha bentes species cōpositionem diuersoꝝ ⁊ sapozē excellentē valde. Jn bro dio autem carnium simplici ⁊ in carnibus simplicibus ⁊ in pane simplici rales deceptiones de facili fieri non possunt. Dubitantes igitur sint con tenti cibis ſimplicib⁹ ⁊ potu aque pure cū aqua hec deceptio minime fie ri possit. Jn vino aūt hec deceptio fieri potest de leui. Vnde multū consi derare debet sapoz vini ⁊ coloz ⁊ odoz ⁊ debet in vase vitreo esse vinū vt ipsius coloz ⁊ substātia precipi possint: ⁊ bibatur vinū albū: clarū debile nam in tali vino dolus faciliter percipitur. Amplius sciendū ꝙ quedam sunt q̄ venenū presens non substinent quin statim mutētur in colozem sicut dicitur cōmuniter de cornu serpētino vel lingua serpentina que in presen tia veneni. humefit specialiter si sal supponat eidē ⁊ sal etiā lingue serpē tine supposituū humefit in p̄sentia veneni et lapis smaragdus colorē mu tat in p̄sentia veneni. Et similiter dicit de corallo: dubitātes igitur de ve neno talib⁹ debent premuniri. Amplius cyriaca sumpta ante cibū ⁊ post valet ad idem ⁊ similiter metridatū. Multa enim sunt simplicia ad idem velentia puta: ruta: nuces: auellane: ficus: salūia: tormētilla: bacce: lauri et herba tunici q̄ apud dioscoridem appellatur polomenon bonū est igit dubitantes de veneno hūs omnibus vel quibusdā premuniri. Et ex hūs aliquid sumere ante cibum ⁊ post. Dicunt quidam ꝙ sanguis lepozinus potatus ante venenū expellit ipsum. Amplius pulvis reticuloꝝ vsi exsiccatoꝝ valet cōtra venenū ⁊ expellit ip̄m si sumatur ante cibū omnē et etiā si sumatur post. Amplius qui dubitat de veneno euitare debet cibi speciē in qua reperiuntur indiuidua habētia venenū ⁊ huiusmōi sunt spe cies fungoꝝ ⁊ trufflarū ⁊ lempredaꝝ. Amplius necessariū est cauere vt nō sit omnis eius cautela in cibo dato ab alio aut potu. Forte enim acci dit ei vñ non estimabit quādoq̄ enim contingit res cadere malinas sicut lacertas vel scorpiones in eo quod decoquitur: ⁊ in vasis in quibus est vi num. Nam plurima veneno sozum diligunt odorē vini ⁊ currunt ad ip̄m et quandoq̄ moriuntur in cacabis: et quandoq̄ bibunt ex eo ⁊ vomūt in eo: et propter hoc oportet vt caueantur detecta: et qō est sub arboribus magnis ⁊ herbosa loca. Amplius cōsiderandum est ꝙ aqua qua vtimur non sit aqua stans in qua inueniantur veneno sozū species ⁊ similiter intelligatur de herbis quibus homines vtūtur: interdum enim in talibus locis cōuersantur animalia veneno sa. Jnterdum etiam signa q̄bus sapi unt naturam veneno soꝝ in eis conuersantium ex quib⁹ hominibus pote rit inopinata lesio ꝓtingere. Quādo igitur aliq̄s in stomacho suo ꝓcepe rit nocumēta puta incēsionem: mordicationem: ⁊ inflammationem: angu stiam et sitim: et sudoris exuberantiam: aut somni profunditatē ⁊ stupo rem: et frigus aut casum virtutis cum sudore ⁊ sincopi. Quis enim appa rentibus vel quibusdam horum ⁊ subito sine alia manifesta causa statim est succurrendum cum vomitu prouocato cum oleo siſamino vel amigda larum dulcium: vel accipiendum est butyrum ⁊ lac: ⁊ cibum multū et vo mendum: et dato ꝙ non sequatur vomitus adhuc bonum est vt virt⁹ veneni ex hoc destruatur vel minuatur: et si forsam venenum iam assum ptum de facto descenderit fiant clysteria. Ampli⁹ sumatur bolus arme-

De vino.

Que non patiūtur venenū.

Simplicia ad idem.

De aqua

Signa.

Remedium.

Digitized by Google

nicus cum vino et fricetur totum corpus ⁊ tunc inhibeatur somnus: ⁊ vt sit ad vnum dicere fiant omnia que possunt diuertere venenum ne moueatur ad cor. Unde salua meliori sententia puta ꝙ transacta scda vel tertia die non est malum: sed bonum ⁊ vtile fieri fleubothomiam. Et si perceperimus venenum esse frigidum quod scitur ex somni profunditate et stupore et frigore bonum est ꝙ exhibeantur calida valentia contra venenum puta allium vel ruta vel diptamũ ⁊ similia calida superius enumerata et scripta in aureolis simplicium contra venena frigida: ⁊ si venenũ sit calidum sumatur coriandrũ ⁊ camphora ⁊ similia. Et si fuerit de his que interficiunt a tota specie: sicut napellus: sumatur metridatum: tyriaca: semen vrtice: agaricus: ⁊ coloquintida ⁊ semen iuniperi: ⁊ serapinum et castoreum sunt medicine bone contra venenum: quia faciunt euomere et ducunt per se cessum et valent a virtute specifica. Sed quia cura venenatorum ⁊ venenorum in speciali magis pertinent ad regimen curatiuũ: differam hoc tractare quousq; componã librum memoriale de cura egritudinum in quo laborare propono auxiliante deo et vita comite post huus operis complementum.

Que interficiunt a tota specie.

¶ Capitulum quartum de conualescentibus.

Quoniam cõualescentes ab egritudinibus cõtinentur in latitudine sanitatis: determinãdum est hic de ip̃orum regimine in generali. Sciendum igitur ꝙ q̃dam sunt ꝑfecte conualescentes qꝛ sunt ꝑfecte mũdificati: ⁊ alij sunt non perfecte conualescentes: quia nõ sunt ꝑfecte mundificati. Si autem illorum q̃ non sunt perfecte cõualescentes nec perfecte mundificati sunt hec: appetic⁹ defectus fitis inordinata: dolor capitis: grauedo totius corporis et ꝙ eorum corpora non redeunt ad eorum virtutem: ⁊ confortationem et in somneitas ⁊ labor in somno ⁊ egestio colerica: et similiter itelligatur de vrina. Hec inq̃ ⁊ similia sunt signa imperfecte cõualescentie: et in talibus dubitamus de recidiua: nã que relinquuntur in morbis subuersionem facere consueuerunt: talium autem regimen multũ appropinquat regimini egrorum: indigent enim mundificantibus et alterantibus residuum materie. Uere autem conualescentes in quibus nichil remãsit de materia morbi quod scitur ex bonitate appetitiue ⁊ ex eo ꝙ corp⁹ reddit ad virtutem ⁊ ad carnes: ⁊ ꝙ egestiones non sunt humorales ⁊ nihil ex priori morbo relictum apparet nisi solum membrorũ debilitas: tales inq̃ conualescentes non indigent aliqua specie euacuationis: sed solũ virtutem confortantibus et facientibus corpus redire ad virtutem et solitas operationes. Commune est autẽ omnibus conualescẽtibus tam mũdificatis ꝙ post crisim immediate eorum regimen decet esse secunduꝫ ꝙ fuit in egritudine duobus diebus continue et parum valde debet appropinquare ad regimen sanoꝝ: et quanto plus quis distabit a diecretica: tãto plus debet appropinquare regimini sanorum. Conualescentes enim subito permutare ad sanorum regimen esset periculosum: et quia vt dictũ est virtutes cõualescentis sunt debiles nichil graue est eisdem admi-

Signa non ꝑfecte conualescentiũ.

Regimẽ conualescentium.

Digitized by Google

niſtrandum nec ex cibis nec ex potibus: nec ex ponderibus nec ex moris bus: et ſimiliter intelligatur de aliis. Debent enim conualeſcentes gradatim perduci ad exercitium facile et equale: ⁊ quantū percipimus eorū membra ſuſtinere poſſe ſine leſione ⁊ fatigatione: tale enim exercitiū eſt conualeſcentibus conueniens. Et quia conualeſcentibus vt plurimum eſt paucus ſanguis: adminiſtranda ſunt que augmentum faciunt in ſanguine. Conualeſcentium igitur cibi debent eſſe boni chimi ⁊ facilis digeſtionis: ⁊ debent eſſe cibi fluidi ⁊ potabiles: tales enim cibi facilius ⁊ citius digerunt ⁊ debent eorum cibi declinare ad caliditatem ſubtilem cum humiditate: et ſint tante quantitatis quante conuenientius digeri poſſunt: et q̄ non cauſent grauitatem: nec rugitum nec inflationem: nec debēt cōualeſcentes tolerare ſitim nec famem et ſepe debent comedere ⁊ parum vna vice: et ſi forſan hec participantur poſt cibum aſſumptum minuatur de quantitate cibi. Hora autem cibandi conualeſcentes eſt hora diei magis temperata: nec debent conualeſcentes comedere ad ſatietatem: nec debet tolerare ſitim. Potus eorum ſit vinum ſubtile clarum: boni odoris non fumoſum et ſaporis delectabilis ⁊ trahentis ad dulcedinē et nō debet eſſe vinum eorum fortе: et nullo modo bibant aquam frigidā multam nec balneantur in ea: hec enim poſſet eſſe cauſa mortis ipſoꝝ repentine. Amplius oportet q̄ conualeſcentes quieſcant ⁊ letentur et gaudeant: et ab euacuationibus abſtineant ⁊ proprie a coitu. Coitus eſt eſt maxime eis nociuus: vinum cum temperamento eſt eis conueniens et maxime ſubtile tenue vt dictum eſt. Si conualeſcentium criſis fuit occulta: ſciendum eſt de recidiua: ideo interdicenda eſt eis ſatietas comeſtionis omnino ⁊ pluſq̄ aliis conualeſcentibus: et ſi videris ipſos indigere euacuatione quod fieri poteſt per ſigna ſuperius enumerata in hoc capitulo. Primo cōfortanda eſt virtus cum bono cibo p aliquos dies: ⁊ deide euacuandū cum medicina appropriata vel cum fleubothomia q̄d horum videas expedire. Fleubothomia tamen eſt euitanda conualeſcentibus quanto plus poſſumus quia communiter eſt paucus ſanguis: interdum tamen eſt neceſſarium ipſam fieri propter aliquas cauſas ſpeciales ſcilicet propter maliciam ſanguinis: et propter illud q̄d remāſit in eo de cineritate malorum humorum quarum neceſſarium eſt vt extrahat̄ ſanguis malus paulatim ⁊ augeatur bonus. Somnus diurnus non multū competit conualeſcentibus quia mollificat eos: et ſi competit: hoc eſt q̄ eos quieſcere facit: et de regimine conualeſcentium eſt q̄ permutentur ad aerem contrarium aeri in quo erant infirmi. Amplius ſcias q̄ conualeſcens vti debet his que ſecuritatem faciūt a reliquijs egritudinis que preceſſit. Verbigratia conualeſcens a pleureſi lenientibus pectus debet vti ex quibus ſecuratur a pleureſi et reliquijs eius: timetur enim in conualeſcente a pleureſi aſperitas pectoris. Amplius non eſt bonum q̄ conualeſcens ſudet in balneo ratione virtutis ſue debilis. Et ſi in conualeſcente multiplicetur ſudor: ſignum eſt ſuperfluitatis. Interdum contingit q̄ conualeſcentes auidi ſunt in cibo ſuſcipiendo: et tamen corp⁹ nō redit ad virtutem et venter ſolutus eſt: et in hoc caſu diminuendus eſt cibus et aque potus: et confortandus eſt ſtomachus cum mina citoniorum aromatizata vel non aromatizata: cuius mine deſcriptionem inuenies in libris particularibus de medicinis compoſitis: et ſimiliter con-

Hora cibationis de potu.

De recidiua.

De fleo.

De ſōno.

Exēplū.

Digitized by Google

fortandus est stomachus cū serotis emplastris seu vnguentis stomacho appropriatis calidis vel frigidis stipticis qō magis videbit expedire. Et quia raro sunt diuturni morbi non inferentes passionē alicui membro principali multū considerandū in cōualescentibus si aliquod membrorū principalium incurrat lesionem: et eidem lesioni pro viribus resistendum secundum quod videri possit in libris egritudinū particularibus: et sicut dictum est de membris particularibus ita intelligatur de virtutibus naturalibus et alijs virtutibus. Nam ad illius virtutis confortationē magis est intendū q̄ magis viderimus debilitatē: quod quomodo cognoscatur et fieri poterit: ex libris scitur particularibus. Nolumus enī omnia conculcare. Et hec de regimine sufficiant cōualescentium.

¶ Capitulum quintū de consuetudine.

Mutare consuetudinē subito pessimū est. hec Auicen.

Consuetudo est fortis res valde: et trāsgressio a cōsuetudine nocet nocumento magno: cōsuetudo enī obtinet vim nature: sicut igitur naturā custodire oportet sic et consuetudinē: et specialiter si cōsuetudo sit laudabilis indifferens in bonitate et malicia respectu eius ad quod debet fieri permutatio vnde si aliquis fuerit cōsuetus multū laborare: et velit hanc consuetudinem dimittere et in ocio viuere vel minus laborare vel aliā speciē assumere laboris: et aliud tempus vel aliū modū ꝓculdubio multū grauabitur ex hoc et similiter intelligatur in cibis et potibus et somno et vigilijs: et in euacuationibus et anime accidētibus. In oībus multū obseruanda est cōsuetudo si sit laudabilis vel parū laudabilis vel indifferens respectu huius ad quod fieri debet ꝑmutatio. Si autē cōsuetudo sit illaudabilis ex qua debeatur puenire ad pessimas egritudines: sicut cōsuetudo comedendi malos cibos et siluestres qui in fine perducāt ex necessitate ad pessimas egritudines. Et similiter coitus immoderatus et similes egritudines. Taliter inq̄ cōsuetudines corrigere oportet et ꝑmutare vel totaliter vel saltē infra termios latitudinis earū sed hoc debet fieri paulatim et secundū ordinē quedā: nam omis subita mutatio nocet et specialiter a cōsueta ad inconsuetā. Amplius debet sibi quis cauere ne vnius rei quantūcūq; sit bonā cōsuetudinem faciat quā ipsum obseruare sit necessarium ex cuius obseruatione cōstrictionem vel attritionē patiatur: verbigratia si quis vno cibo cōsueto semp vtatur: vel aliquo potu vel taliter ab eis abstineat vel dormire vel moueri vel coire aliuescat: et ad hoc grauiter astringatur maximū incurret nocumentū si iterdū ab eisdē oporteat abstinere. Si igitur quodlibet corpus se disponere debet vt calorem et frigus patiens esse possit et ad motiones et ad nutrientia sibi necessaria aptum reddatur: et vt somni et vigiliarum horas mansiones et domos lectos et indumenta lesione permutare possit quod quidē poterit fieri si consuetudo non obseruetur ad vnguē: sed interdum ad cōsueta transimus: oportet enim ad incōsueta permutare.

¶ Quinta pars. Capitulū primū. De flebothomia.

Digitized by Google

Quoniam fleubothomia & farmacia: ventosa: sanguisuge: cauterium: vel sectiones: interdum sunt intrantes in sanitatis regimine: et vt ad hoc opus nichil contineat diminutum determinandum est de his quantuz spectat ad propositum: non enim operis presentis est determinare de his prout faciunt ad curam egritudinis. Primo igitur determinabimus de fleubothomia et de considerationibus circa ipsam in sanitatis regimine. Prima igitur considerario est q corpus simpliciter sanum seu eucratum nullomodo indiget fleubothomia: vnde in corporibus sic eucratis natura non facit aliquam euacuationem sanguinis: et hoc est signum q tali corpori sanguinis euacuatio non est necessaria sed corporibus quibusdam lapsis vel a generatiõe vel a tempore vel ab vtroq modo fleubothomia est vtilis & plurimum (et notãter dico quibusdam: sunt enim quidam quibus fleubothomia nõ solum non competit immo etiam valde nocet) quapropter videmus q in quibusdaz corporibus lapsis natura sine artis adiutorio facit sanguinis euacuationem vel per nares vel per emorroydas vel per os vel per secessum vel per vrinam remanentibus eisdem sub latitudine sanitatis: et quia imitatur ars naturam inquantum potest: nichil mirum si adinuenerit ars modum euacuandi sanguinem in adiutorium nature. Modus autem ad hoc conuenientior est per fleubothomiã vel per ventosas vel sanguisugas. Non enim est medicina laxatiua que sanguinem euacuet: vel si sit non est in vsu nec esse debet: quoniam est venenosa et corporis perempriua: est enim omnino inartificiale sanguinem euacuare cũ farmacia. Vnde adiudicatus fuit morti qui talem medicinam per experientiã adinuenit: quia vtebatur ea ad malum et multos perimebat cum ea. Modus autem euacuãdi per fleubothomiam est multum rationabilis: nam per eam euacuatur sanguis a toto corpore: et similiter omnes humores et specialiter a partibus interioribus et sistere possumus cum volumus. Vnde in fleubothomia non est est tãtum periculum sicut in medicina laxatiua: sic igitur patet q corpora lapsa a generatione vel a tempore aut vtroq modo indigent ea. Secunda consideratio est ad sciendum q̃ sunt illa corpora lapsa que maxime indigent fleubothomia ex parte lapsus naturalis et ex parte lapsus accidentalis: dicam igitur q corpora complexionis sanguinee magis indigent fleubothomia & tum ex parte complexionis: & melancolica minime: sed fleumatica et colerica mediocriter. Sed colerica plus & fleumatica. Et ex parte compositionis ceteris paribus habentes venas latas et habitudinem carnosam et colorem inter rubeum et nigrum pilos multos et musculos bonos et fortes plus alijs indigent fleubothomia. Non igitur solum consideranda est complexio sed compositio. Amplius consideranda sunt virtus et etas et consuetudo obtinet vim nature. Nam ceteris paribus corpora lapsa in naturali complexione que sunt fortiozis virtutis et perfectiozis etatis et magis consueuerunt magis debent fleubothomari. Virtus enim debilis nõ sustinet fleubothomiam: nec etas infantilis nec senilis. Consuetudo etiam multum est obseruanda: non solum in hoc: sed etiam in alijs: et sicut dictum est de lapsibus naturalibus sic suo modo dicendum est de accidẽta

Prima cõsideratio.

Nulla ẽ medicina que euacuet sanguinem.

Seda cõsideratio

Digitized by Google

libus. Unde sanguineus per accidens est maxime fleubothomādus melācolicus autē minime. Colericus et fleumaticus minime. Similiter carnosus et musculosus accidentaliter maxime et extenuatus minime. Et similiter vrentes regimine multiplicāte sanguinem sicut viuētes in ocio et gaudio: et comedantes multas carnes ⁊ assaturas: et dulcia et bibentes bona vina: et non vtentes balneis nec coitu nec multū exercitantes: tales inq̄ plus alijs fleubothomandi sunt. Et per oppositū ieiunantes ⁊ comedentes cibaria melancolica et multū balneantes: et coeūtes: ⁊ exercitantes: et habitantes regiones calidas in q̄bus plurima fit resolutio a corporib⁹: minime indigēt fleubothomia. Et ex hoc concludit q̄ in partibus francie homines plus debent fleubothomari q̄ in partibus italie: quia minor multo fit a corporib⁹ resolutio in partib⁹ gallicanis: quia regio est magis frigida. Et similiter in alijs intelligit regionib⁹ frigidis respectu calidarū viuunt etiam magis deliciose ⁊ inordinate q̄ sunt cause necessitatis fleubothomie. Unde ceteris paribus viuentes magis deliciose et inordinate indigent plus et sepe fleubothomia. Amplius multū considerandum est vt q̄ debet fleubothomari non sit ebrius nec crapulatus seu nauseatiue satiat⁹: nec in stomacho plen⁹ cibo: et q̄ in eius stomacho non sit colera. Unde si quis habeat stomachū multum ifectum colera ante fleubothomiam vomat coleram: et deinde comedat aliq̄d acetosum stipticum stomachi confortatiuū et post fleubothometur. Amplius habens humores crudos ⁊ viscosos et indigestos cum sanguine mixtos nō debent fleubothomari anteq̄ sanguis subtilier sicut prius dixi. Amplius post balneum vel coitum vel forte exercitium nullomodo est fleubothomandū. Amplius post longā egritudinē cauendū est a fleubothomia anteq̄ corp⁹ fuerit fortificatū nisi specialis necessitas ad hoc cogat: et de hoc superius dictum est i regimine conualescentiū. Amplius homines q̄ conuersantur in artibus multū laborioſis et corpozum resolutiuis minus alijs fleubothomari debent ceteris paribus. Unde seruientes in balneis et stuphis minus sunt fleubothomandi q̄ scriptores et pannorū scissores. Amplius multū vigilātes ceteris paribus min⁹ sunt fleubothomādi. Ampli⁹ habētes stomachū cor ⁊ epar debilia q̄b⁹ egritudines frigide accidere solēt non sunt fleubothomādi nisi necessitas vrgeat valde magna. Ampli⁹ in tpe calidissimo vel frigidissimo nullomō est fiēda fleubothomia nisi vrgente magna necessitate. Ver aūt est tps valde aptum ad fleubothomiā ꝓpter ei⁹ temperiē: ⁊ q: assimilat morbo de repletiōe: nā tales infirmitates hoc tpe maxime accidere solent: et nichil est quod adeo tuet a talib⁹ egritudinib⁹ sicut fleubothomia: fiat aūt in ꝓncipio veris cū dubitam⁹ de egritudinib⁹ cōtingētibus ex sanguinis putrefactione. Sed in fine veris quando nō est tanta sanguinis multitudo: sed dubitamus de humorū acuitate vel calefactione et ebullitione ratione caliditatis. Autūnus autem ratione sui temperamēti est tempus aptū ad fleubothomiam: et ꝓcipue quando dubitamus de sanguinis incineratione. Amplius multum considerāda est aeris dispositio in fleubothomia: vñ aere existente pestilentiali vel nebuloso vel turbido: et flante vento australi: vel qua cūq̄ mala qualitate infecto non est aperienda vena ne aer infectus subintrans venā sanguinē reddat pestilentialem et infectum et sit error peior prioze. Eligatur aer purus ⁊ dies clara et luminosa: et vē

Hallicive niunt fleubothomādi sepius

Ver est aptū ad fleubothomiā.

Autumnus similiter ē tēpus aptū ad fleubothomiā.

Digitized by Google

tus magis deputans aerem cuiusmodi est boreas et non sit vētus fortis
In hyeme tamen est australis ventus eligendus ad aeris temperiē. Am-
plius eligatur hora diei magis temperata. In tempozibus igitur cali- De hora
dis fleubothomia fienda est ante horam tertiam: et in frigidis circa me-
ridiem. Amplius dicūt quidam q̄ si sanguis sit colericus fleubothomia
fienda est in hora motus coloze: puta a tertia hora diei vsq̄ ad nonam.
Et si sanguis sit purus debet fieri fleubothomia a quarta noctis vsq̄ ad
tertiam diei. Et si sanguis sit fleumaticus debet fleubothomia fieri a no
na hora diei vsq̄ ad tertiam noctis. Et si melancolia a tertia noctis vsq̄
ad nonam noctis hoc tamen nō approbo: quia fleubothomia semper fien
da est in lumine diei nisi in casu magne necessitatis. Amplius in fleubo-
thomia consideranda est etas lune et locus eius: similiter autem et con-
iunctio et aspectus. Nam in prima quadra lune fleubothomandi sunt iu-
uenculi et iuuencule. In qua etiam etate lune videmus puellas maxime
pati fluxum menstruoz: sed in vltima quadra sunt fleubothomandi senio-
res ⁊ in tempozibus mediis mediocres: iuxta illud. Luna vetus veteres
iuuenes noua luna requirit. Amplius dicunt quidam q̄ in prima quadra
lune fleubothomandi sunt calide et humide complexionis: puta sangui-
nei. In secunda colerici: in tertia fleumatici: et in quarta melancolici.
Nam prima quadra est calida et humida: secunda calida et sicca: tertia
frigida ⁊ humida: et quarta frigida et sicca: et similiter possemus dicere
q̄ si vellemus euacuare sanguinem purum fiat in prima quadra. Si cole
ricum in secunda: si fleumaticum in tertia: si melancolicū in quarta. Am-
plius considerandus est locus lune. Nam si luna sit in signo aspectū ha- De luna.
bente ad aliq̄ membrum non fiet fleubothomia de illo membro. Verbi
gratia luna existente in signo geminozum non fiet fleubothomia de bra-
chijs: quia hoc signū habet aspectum ad brachia. Et similiter existēte in
thauro non fiet fleubothomia de vena colli: nec existente in pisibus fiet
fleubothomia de venis pedum: et existente in ariete non fiet de venis ca
pitis. Et luna existente in aquario non fiet fleubothomia de venis q̄ sunt
in tibijs. Amplius luna existente in signo fixo non est fienda fleubotho-
mia nisi necessitas immineat: puta luna existente in thauro: leone: scoz-
pione: et aquario. Eligantur ergo signa mediocria: et mobilia: et si sint si-
gna calida et humida melius valent. Unde omnibus consideratis: luna
existente in prima facie libre debet esse bona fleubothomia ceteris pari-
bus: tum quia est signū mobile: tum quia est signum calidum ⁊ humidū.
Et notāter dico in prima facie libre: q̄ transacta prima facie libre ingre-
ditur viam combustam: que durat vsq̄ ad finē secunde faciei scozpionis
vel circa. Aries etiam est signum conueniens ad fleubothomiam de bra
chijs quia signum mobile et calidum. Gemini est signum conueniens ad
fleubothomiam de brachijs quia signum ca. et hu. mediocre. Sagittari-
us etiam est conueniens signum ad fleubothomiam quia est calidū ⁊ me-
diocre. Amplius luna existente retrograda nō debet fieri fleubothomia
Similiter luna existēte coniuncta signo malignoso et infortuito puta sa-
turno vel marti non est fienda fleubothomia siue sit coniunctio corpora-
lis siue per aspectū. Dicunt quidem q̄ luna existente vsq̄ ad secundā vel
tertiam diem: non est fienda fleubothomia nec in decima septima die:
nec in vigesimo quod dictum non teneo quia eius non video rationem.

Digitized by Google

De diebus autē egyptijs i antiquo kalēdario lune scriptis breuiter me expedio: et dico naturalis quare fuerint maledicti: sed supernaturalis: nec fuerunt maledicti apud omnes gentes sed apud illos de regno pharaonis. Et si forsitan tempore illo fuisset aliqua mala constellatio: tamē per temporis processum iam fuit ista constellatio mutata: vnde nō est aliqua ratio quare tales dies sunt obseruandi immo puto q̄ est peccatū in moribus: in lege: et in natura. Sed quia opinio vulgi est ad hoc fiendum in honorem dei: et etiam homines fleubothomari contra eorum opinionem posset eos ledere et medicis infamiam ponere stante tali vulgi opinione ego obseruabo in vulgo nisi magna necessitas immineat: sed in me et meis nullatenus obseruaui: nec obseruabo. Amplius cadit consideratio circa inuamenta q̄plurima in sanitate conseruanda et in egritudine curanda. Ex negligētia q̄dem ipsius cū ipsa quis indiguerit accidēt apostemata intus et extra magna et parua: et scabies: serpigo: sinochus: paralisis: variole: morbilli: et sputum sanguinis: et pestilentia: et mors subita: et squinancia et lepra: ⁊ vniuersaliter ex negligentia fleubothomie omnes egritudines sanguinee vel de sanguinis corruptione vel de ipsius multitudine vel incensione contingere possunt. In corporibus ergo paratis ad tales egritudines nō negligat fleubothomia. Fleubothomie q̄t sunt plura nocumenta quando fit indebite. Ex frequenti enim minutione accidit malignitas opilationis ydropisis et festinatio senectutis: et destructio appetitus: stomachi cordis et epatis debilitas: tremorq̄ et paralisis: demū q̄ apoplexia: et postremo omnium virtutum naturalium et animalium debilitas et imbecillitas per fleubothomie frequentiam: in quibus et quando et quotieus nō oportet solet sepius euenire. Amplius circa fleubothomiam: et propter quas causas generaliter fiat fleubothomia: sciendum q̄ fleubothomia fit quinq̄ de causis in generali. Nam fit ad euacuandum humorum omnium vel sanguinis multitudinem. Interdum fit ad minuendum partem humorum vt natura potentior fit super residuū. Interdum etiam fit ad infrigidandum. Interdum fit ad attrahendum sanguinem ad aliquem locum. Et interdum fit ad diuertendum sanguinem ab aliquo loco. Dico ergo primo q̄ fleubothomia fit ad euacuandum omnium humorum multitudinem vel solius sanguinis: et propter hoc dicitur a sapientibus q̄ est euacuatio vniuersalis euacuans humorum multitudinem: quando igitur nobis apparuerint signa repletionis venarum magnarum quam impossibile est laxatiuo purgari fiat tunc magna fleubothomia: si reliqua particularia concurrant superius nominata: et fiat fleubothomia de venis magnis respicientibus totum corpus vel respiciētibus partes corporis in quibus magis signa repletionis apparent: et ad hanc intentionem fit fleubothomia in paratis cadere in synocham vel synochum: vel in similes egritudines repletionis: et q̄uis in omni fleubothomia fiat euacuatio tamen hec euacuatio maxime dicitur ad euacuandum: quia in hoc casu maior fit euacuatio et de maioribus venis: et quasi intenditur totius superfluitatis materie eradicatio. Amplius fit fleubothomia interdum ad minuendum partem humoris peccantis vt natura sit potentior in digerendo residuum: et sic ista intentione potest fieri fleubothomia propter dominium sanguinis colerici vel fleumatici aut melācolici: et talis fleubothomia debet esse multo minor. Et

Alia cōsideratio

Nocumēta fleubothomie.

Fleubothomia ē euacuatio vtis.

Digitized by Google

debet esse ex venis habentibus aspectum ad partem in qua nobis constiterit magis esse talem completionem. De his autem venis et earum aspectibus adhuc dicetur. Amplius interdum fit fleubothomia ad infrigidandum et euentandum et debet esse fleubothomia parua: et isto modo fleubothomia potest fieri non existente peccato quantitatis sed solum qualitatis. Amplius fit interdū fleubothomia vt attrahatur sanguis ad aliquem locum(vt verbigratia) fit fleubothomia de sophenis pedū vt attrahatur sanguis ad matricē. Amplius aliquādo fit fleubothomia ad diuertendū(verbigratia)esto q aliquis patiatur fluxum sanguinis narium vel sputum sanguinis fleubothomia fit de venis inferioribus: puta de sophenis et basilica seu sciatica ad hoc vt sanguis diuertatur ad contraria Et circa hoc diligēter est notandum q quanto locus a quo fit fleubothomia fuerit longinquior et directior loco a quo fit diuersio:tanto est diuersio perfectior et artificialior. Vnde in patientibus fluxum sanguinis narium perfectior est diuersio per fleubothomiam sophenarum vel sciatice q̄ per aliam aliquam venam supiorem:tamen bonū est et artificiale q hec diuersio incipiat a superioribus venis et finaliter terminetur per inferiores venas. Amplius circa fleubothomiā cōsiderande sunt vene q̄ in nostro corpe fleubothomari cōsueuerūt. Volo aūt in hoc ope facere mētionem de oībus his que possunt in nostro corpore fleubothomari. Sed de cōmunioribus t de his de quibus fleubothomando seu fleubothomari faciendo sepius assueui. Sciendum igitur q venarum harum quedam sunt particulares et alie vniuersales et cōmunes: dicuntur autem cōmunes et vniuersales eo q euacuant a toto corpore:et a locis principalibus totius corporis immediatius et a venis maioribus et per oppositū vene dicuntur particulares que immediate euacuant a venis minoribus et nō aspiciunt membra principalia immediate. Hec euacuant sic a toto corpe cum fleubothomantur sicut maiores. Vene autem cōmuniores et vniuersaliores sunt tres vene que reperiūtur in curuatura brachij quarum venarum superior vocatur cephalica:idest vena capitis:alia inferior basilica:idest epatis vena in brachio dextro vel splenis vena in sinistro:tertia est vena mediana que reperitur in medio predictarum et ideo mediana vocatur:et aliter dicitur vena cordis: et aliter vena cōmunis. Iste tres vene sunt alijs communiores:tum quia grossiores et maiores:tum quia membris principalibus interioribus propinquiores et directiores: tum quia cum venis totius magis colligate et manifestius apparent:et ideo cum fit fleubothomia propter euacuationē a toto corpore rationabile est q̄ fiat ab altera istarū venarū: verūtamē est q cephalica magis aspicit superiores partes. Et basilica inferiores:et mediana medias partes: mediana indifferenter partes supiores et inferiores aspicit. Est enī cōpositā ex cephalica et basilica et quelibet illarū venarum habet ramos qui fleubothomari possunt in defectu illarum venarū scilicet quando nō apparent. Itē coitus inordinatus et vehemens maxime est cauendus propter fetum debite producendum ne semē peruersum recipiatur in matrice vt non generet fleubothomiam. Vnde regula est generalis in fleubothomia obseruanda q ceteris paribus vena grossior et apparentior est fleubothomanda. Et est circa illas venas notandum q in fleubothomia cephalice minus immineat periculum: nam sub ea nō est neruus nec arte-

De diuersione.

Regula generalis.

Digitized by Google

ria notabilis ex quorum tactu per fleubothomiam possit periculum imminere sed sub basilica est arteria magna de cuius apertura dubitandū est: huius vene apertura non debet esse ꝓfunda: et sub vena cordis est nervus de cuius punctura etiā multū est dubitandum cum fleubothomatur: quia nervi punctura nata est inducere spasmū. Et quanto hee vene: puta cordis et epatis sunt minores et profundiores tanto maius est periculū. Iste autem tres vene et earum rami reperiūtur in brachio dextro et in brachio sinistro: et interdū sunt aperiende in parte dextra et aliquando in sinistra. Et circa hoc cadunt considerationes plurime. Prima igitur consideratio est q̄ in tēpore frigidiore scilicet in hyeme: vel iuxta debet fieri fleubothomia de parte sinistra et tēpore opposito de dextra: et vniuersaliter si ex regimine vel ex complexiōe naturali: vel ex etate nō percipiamus sanguinem esse grossum ⁊ melancolicum fleubothomādum est ex sinistra. Et si perceperimus sanguinem fore subtilem et colericum et calidum fleubothomandum est de dextra. Amplius si velimus attrahere a dextra fleubothomia fiat a sinistra: et econtra: verbigratia. Si dubitamuus de apostemate in parte dextra extrahemus de sinistra et ecōuerso. Si autem materia iam sit fluxa: vel per viam cōgestionis in loco congregata seu generata fiat fleubothomia ex illa parte in qua magis apparebunt signa replexionis. Et est notandum circa diuersionem q̄ diuersio nunquam est faciēda nisi per vnam dyametrum: puta a dextro ad sinistrum: vel deorsum: vel ad sursum: vel econuerso: secundū enim duas dyametras simul non est fienda fleubothomia diuersoria nisi in casu vbi esset magna plenitudo. Amplius circa venarum istarum apertionē sciēdum q̄ maior consideratio adhibenda est in mediana q̄ in alijs: ex eo q̄ huius vene fleubothomia plus debilitat cor. Unde in habentibus cor de bile et in paratis ad cordis tremorem et syncopim non fleubothomatur vena illa. Sed si necessitas occurrat accipiatur: vena basilica vel cephalica. Et similiter si perceperimus epatis vel splenis vel stomachi frigiditatem multum est dubitandum fleubothomare basilicam: et si necessitas occurrat fleubothomādi loco eius accipiat mediana et sic intelligatur de cephalica. Ego autem in istarum venarum apertione habeo regulam q̄ vena harum trium grossior et apparentior et plenior securius est aperientia. Nam ex hoc conuincitur probabiliter membra supque vena habet aspectum fore calidiora et fortiora et sanguine plenioza. Notandum est q̄ fleubothomia de vena capitis que valet ad infirmitates et ad dolorea capitis et oculorū: et si non exeat sanguis in prima percussione secure potest iterari percussio quia non est dubitandum de tactu arterie vel nervi sicut superius dictū est. Fleubothomia vene mediane: que aliter vena corporis vel cordis nominatur: valet ad infirmitates calidas totius corporis et specialiter partiū cordis et pulmōis. Et debet fleubothomia fieri cum cautela: qr sub ea est nervus. Non igitur fiat vulnus nimis profundum: vena basilica multum valet ad infirmitates epatis stomachi et splenis et debet fleubothomari cum cautela: qr sub ea est arteria: in defectu vene cephalice brachij potest capi cephalica que est in manu scilz in radice pollicis: et valet in casibus in quibus fleubothomia cephalice. Et quidā dicūt q̄ valet in illis casib⁹ i quibus fleubothomia vene cordis et stomachi valet: similiter loco basilice brachij accipiat salustella q̄ est

Exēplū ꝺ diuersiōe

De vena capitis.

Digitized by Google

in manu inter auricular ẽ et medicũ et valet in eisdem casibus: sed aperiẽ da est cũ timore: quia sub ea est nervus: et cũ fit fleubothomia de venis que sunt in manu ponatur manus in aqua calida vt apertura vene remanet magis perfecta vt sanguis liberius et facilius exeat ⁊ manus fleubothomata minus ledatur continente. Hec igitur sufficiant de venis q̃ sunt in brachijs et manibus que sunt in vsu: de alijs venis que sunt in collo et in capite: quia non consueuerunt aperiri in regimine sanitatis breuiter transeo. In collo enĩ sunt due vene quarum vna est in parte dextra et alia in parte sinistra et in hoibus cantantibus et anhelitum retinentibus mirabiliter ingrossantur et vocantur guidegi. Harũ autem venarũ fleubothomia valet ad cõstrictionem anhelitus et inceptionẽ lepre et ipetiginem et serpiginem et egritudinẽ que comedit carnes que alio nomine dicitur noli me tangere: vel cancer corrosiuus. Debet autẽ stringi collũ vt vene ingrossentur et sedeat infirmus qui debet fleubothomari sup scãnum ⁊ fleubothomator sup caput eius et incidat venã in longitudie parũ postea sequatur ligamentũ: et parũ stringat ne suffocetur fleubothomatus et dimittat eum vsq; mane sanatur eius vulnus. Vene col li.

Amplius due vene sunt post aures quarũ fleubothomia valet ad emigraneam ⁊ catharrum antiquum et tineam et capitis exituram. Hee autem vene sunt in loco cõcauo post aures et bene apparent cum stringunt̃ guttur et gula: et sunt in loco vbi appositio digito sentitur pulsus. Apperiantur ergo parum in longitudine et fac exire sanguinẽ quantum vis. Amplius in tẽporibus sunt due vene quarũ fleubothomia valet ad capitis dolorem antiquum et apostema palpebrarũ et oculorũ et ad omnes superfluitates que currunt ad oculos et debet sanguis emitti vt superius dictum est. Amplius est vena in medio frontis inter duo supercilia ⁊ eius fleubothomia valet contra infirmitates antiquas faciei et turpia vlcera et ad dolorẽ partis posteriozis capitis. Vene p̃ aures.

Amplius est vena in puncto nasi cuius fleubothomia valet ad freneſim febres acutas et capitis dolorem antiquũ et antiquam rubedinem faciei. Amplius sunt vene in lachrimalibus oculorum quarum minutio valet ad egritudines oculorum: scilicet ad scabiem et rubedinem et ad apostemata oculorũ nec debet huiusmodi fleubothomia fieri ex lachrimali versus nasum propter dubiũ ex fistula. Amplius sunt vene in labio inferiori quarũ fleubothomia valet ad rupturam: et corrosionem oris et gingiue et ad fissuras labiorũ et ad vlcera mala que sunt in naso. Amplius sub lingua vene quarũ fleubothomia valet ad apostemata gule et ad infirmitates gule et oris specialiter ad squinantiam. Vene sub lingua.

Amplius in quolibet pede sunt tres vene que fleubothomant̃ cõmuniter scilicet sciatica: et sophena et quedã vena que est inter pollicẽ pedis et digitum qui sequitur. Fleubothomia sciatice valet ad passionẽ scie ⁊ renũ. Et fleubothomia sophene valet in passionibus matricis et testiculorum et antiquam scabiem et fleuma salsum corarum et tybiarum. Ad idem valet fleubothomia illius vene que est iuxta pollicem pedum. Et est diligenter notandum q̃ hec fleubothomia plus debilitat q̃ fleubothomia venarum magnarum et superiorum. Et ideo communiter fleubothomia earum post prandium: quia tunc temporis virtus est fortior. Amplius post prandium humores sunt magis moti ad extrema corporis et ad venas minores que sunt in membris. Ratio autem quare magis debilitat

Digitized by Google

forte est maior diuersio calozis ⁊ spiritus a corde. De venis autem maioribus ⁊ communioribus que sunt in brachijs fieri debet fleubothomia stomacho ieiuno: ex eo ꝙ tunc sanguis magis dñatur in eis ⁊ post cibum plus mouetur sanguis ad venas minores ⁊ ad membra. Amplius in fleubothomia considerande sunt que sunt fienda ante fleubothomiam: ⁊ que fienda sunt in actu fleubothomie: et que post fleubothomiam. Ante fleubothomiam nanq; bonum est aliquantulum exercitari ⁊ moueri ⁊ euigilari vt sanguis sit mobilior et ad euacuationem abilior. Amplius membrum fleubothomandum est calefaciendum ⁊ fricandū vel cū aqua calida irrorandum ⁊ lauandum vt vena fiat aptior ⁊ sanguis fluxibilior fiat ad locū fleubothomie. Eligendus est autem fleubothomator iuuenis expertus boni visus non tremulus: non ebriosus: non crapulosus: de cuius bonitate ⁊ fidelitate habetur confidentia certa: et si forte fleubothomādus esset pusillanimus vel valde debilis et ad cuius stomachum colera fluere consueuit: ante fleubothomiam comedere debet bucellā panis intinctam in vino stiptico vel odorifero vel in succo granatorum quod horum magis videris expedire. Amplius sciendum ꝙ quidā sunt q̄ per aliquos dies ante fleubothomiā balneādi sunt ⁊ isti sunt quorū sanguis est valde grossus et immobilis ⁊ vene occulte. Nam per balneum sanguis subtiliatur et mobilior efficitur ⁊ vene etiam ingrossantur. Etiam ꝑ balneum supfluitates propinque euacuantur ⁊ resoluuntur: et sic cū fit fleubothomia de venis magnis nō attrahentur ille immundicie a venis paruis ad venas magnas: et balneum non premittatur immūdicie que sunt iuxta cutem attrahentur ad magnas venas: verbigratia. Si immundicie essent in riuulis paruis si fieret euacuatio a fonte magno: immundicie riuulorum possent redire in fontem. Nam fleubothomia per quandam colligantiam que est in venis euacuat ab omnibus venis. In tali igitur casu premittendum est balneum: sed si corpus esset valde plectoricū nullomodo premittatur balneum. Nam magnum periculum esset ꝙ balneū ebullitionem in humoribus et febrem continuam vel apostema in membris principalibus et similes morbos qui consueuerunt ex humorū ebullitione causari. Amplius ante fleubothomiā emittēde sunt feces ⁊ vrine illarū supfluitatum vapores attrahantur ad venas et inficiant sanguinē: nam vene exinanite per fleubothomiam attrahunt a stomacho ⁊ intestinis mediantibus mesaraicis et alijs venis epatis. Amplius in vere et in estate in sanis fiat fleubothomia de dextra parte: et in autumno et hyeme de sinistra parte. Sed in egris corpore existēte plectorico ante fluxum materie fiat primo de parte oppositā: deinde de eadē vbi est egritudo. Et si corpus non sit plectoricum ⁊ egritudo sit multū maligna fiat fleubothomia de eadem: sed quocunq; modo res se habeat materia existente venenosa nunq̄ est diuertenda ad partem oppositam. Amplius in actu fleubothomie multa considerande occurrunt. Prima quidē consideratio est circa vene appertionem: non enim aperienda est vena cū fleubothomo obtuso hoc enim est causa errozis et non sequitur finis intentus: quia non fit appertio vene qua libere sanguis exeat ⁊ potest esse causa apostemationis loci. Amplius fleubothomator non debet fleubothomum manu premendo impellere: sed suauiter blandiendo et furtiue vt fleubothomi extremitas ad interiora vene perueniat: q; si duriter im-

Eligēd⁹ est fleubothomator fidelis ⁊ iuuenis

Multa cōsiderāda sunt in fleubothomia.

Digitized by Google

pellat fleubothomum forte caput fleubothomi rumpetur in vena occulta ruptura aut refugiet vena et nō vulnerabitur vsq; ad interiora: sed solum in superficie tunice. Et si fleubothomator post capitis fleubothomi rupturam perfidio se insisterit vt fleubothomandum cū eo fleubothomet augmentabit dolorem et apostema. Et ergo fleubothomator tēptare debet et experiri qualiter flenbothomus ingreditur cutē anteq; fleubothomet: et similiter tēptare debet cum secundare vult secundā percussionem si fuerit opus secunda percussione vel ad dilationem foraminis: vel ad illationem noue aperture si defectus fuerit in ictu primo. Amplius fleubothomator cauere debet ne venam impleat et sanguine inflet q; fleubothomare querit quia nō inflata nec impleta melius tangitur a fleubothomo nec remouetur ab ipso. Et istud verū est de impletione et inflatione immoderata: quia moderata iuuat ad impulsum fleubothomi. Amplius cū vena occulta fuerit et ipsius repletio sub ligatura nō apparuerit debet solui et postea pluries ligari et inungi oleo calido dilatatiuo vt camomillino et vngendo cū manu cōprimi ascendendo et descendendo donec manifestetur. Amplius caput fleubothomi debent impelli secundū certā mensuram non nimis profunde ne perforet venā ex vtraq; parte t neruū vel arteriā aliquam vene supposita perforet. Et debet fleubothomus plus impelli quando vena est multū gracilis et profunda et veluti sepulta in carne. Amplius fleubothomator debet apprehēdere fleubothomū cum duobus digitis videlicet pollice et medio et dimittatur index et palpandum venam. Et debet apprehendere fleubothomū in medio ferri vel circa medium vt firmius teneat et nō vacillet. Amplius cū vena fleubothomanda prona fieri labi ad alterū laterū eius t euadere ictū fleubothomi opponi debet ei ligatura ecōtrario parti illius. Et si equaliter prona fuerit labi ad vtrūq; latus nō debet in longū fleubothomari: sed secundum transuersum. Amplius ligatura debet esse propinqua loco in quo debet aperiri vena. Et cū ligatura venā occultauerit que prius ante ligaturam apparebat ligatura soluta signanda est vena et cū debet aperiri vena taliter signata debet caueri ne vena per ligaturā labatur a rectitudine signi. Amplius cadit consideratio circa secundationem fleubothomie fiat autem secundatio eadem die anteq; vulnus sit perfecte clausum. Hec aūt secundatio fleubothomie fit quādo est magna necessitas extrahendi sanguinem et forte propter debilitatē virtutis vel ppter ignorantiā medici: vel quia cetera particularia non cōcurrunt vel non fuit extractū de sanguine quantū fuisset expediens et tunc eadē die apperiatur nō cū vngue sed cū fleubothomo nā si aliter aperiretur vena forsan exiret sanguis bonus et subtilis et remaneret malus. Item ista secūdatio habet locū i apostematibus quando videmus sanguinē in secūda scutela peiorē sanguine prime scutelle: et similiter intelligatur de tertia scutella respectu secūde Cōsidera tamē cōstantiā virtutis quia virtute debili existēte nō est secūdanda fleubothomia. Si voluerit fleubothomiā secundare bonū est inūgere fleubothomū vt vulnus nō ita cito cōsolidetur. Amplius circa fleubothomiā actualē cōsiderandū est q; interdū cōtingit q; vena aperta sanguis non exit et hoc potest cōtingere multis de causis. Quarū prima est multitudo sanguinis quare conculcat et ingurgitatur et foramen opilat et non exit: vel exit gutratim vel vulnere existente largo cito exit cū filo

De vena occulta.

Mod⁹ ac cipiendi fleubothomiā.

De ligatura.

Q̄ nō exit sāguis

Digitized by Google

cum vulnus percutitur in circuitu cũ vngue et in tali casu bonũ est transre et screare et fleubothomatũ super spatulas percutere. Secũda causa est grossicies sanguinis et tũc nullo adiutorio bñ potest exire: et sic oportet sanguinem subtiliare cũ medicinis et cibis subtiliatiuis notis. Tertia causa est paucitas sanguinis et hec scitur: qꝛ macer et extenuatus et tales indigent dieta resumptiua et nutriente. Quarta causa est timor ⁊ pusillanimitas: aut qꝛ nõ cõsueuit et tũc cõpetit mica panis in vino et aspsio cũ aqua rosata et vino odorifero et verba consolatoria. Amplius potest hoc cõtingere ex foraminis paruitate: et tunc elargandũ est foramen: qꝛ aliter sanguis subtilis exiret et grossus remaneret. Amplius egrediẽte sanguine tangendus est sanguis qui si frigidus inueniatur statim est restringendus sanguis. Et similiter si inueniatur calidus et subtilis valde nam in vtroqꝫ casu dubitandũ est de sincopi. Si aũt sanguis fuerit calidus et mediocri substantie: vel grossus et vrina rubea et spissa et pulsus plenus extrahendus est sanguis in copia si particularia cõccurrũt. Amplius ponatur vna gutta sanguinis cũ egreditur supra vnguẽ si igit̃ fluat et nullo modo cõsistat talis sanguis est multũ aquosus et est restrigẽdus: et si nullo modo fluat tunc est nimis grossus et parũ est extrahẽdus donec fuerit subtiliatus. Si aũt mediocriter se habeat bonitas ⁊ mediocritas significatur ⁊ securius potest ex eo subtrahi si cetera particularia cõcurrãt. Et similiter proũciat̃ vna gutta in aquam et si descendat nimia grossicies sanguinis significatur: et si totaliter supernatet et diffundatur est nimis aquosus: et si ĩ medio modo se habeat bonus est. Amplius cum sanguis exit actu a vena bonũ est ꝙ digitus supponatur vulneri quando parũ exit de sangnine. Hec em̃ digiti suppositio deseruit ad duo. Primo quidem ad hoc vt virtus reuertatur in se et non dispergatur nec debilitetur propter subitam euacuatiouẽ. Secundo quidẽ digiti suppositione detinetur sanguis ad tempus aliquod quousqꝫ malus distans a loco fleubothomie posset moueri. Quando igitur in corpore est apostema et fleubothomia fit ad diuertendũ: maxime ꝯpetit huius digiti suppositio. Amplius consideranda sunt que fiunt post fleubothomiã. Sciendũ igitur ꝙ post fleubothomiam immediate non est dormiendum: nec ambulandum: nec cum hominibus colloquendum: nec in loco luminoso morandum: sed statim facta fleubothomia et loco fleubothomato decenter ligato: si fleubothomia fuerit de brachio teneatur brachium fleubothomatum eleuatum et alicui parieti appodiatum per aliquod tempus. Hoc autem fit ne sanguis decurrat ad locum fleubothomatum: quia forte locus apostemaretur. Et tunc satis cito ponat se ad quiescendum super lectum in loco obscuro: nec aliquo modo iaceat super latus vnde facta fuit fleubothomia: et teneat oculos clausos: et solus maneat vsqꝫ ad tempus aliquod ne spiritus dispergantur. Et interdum paretur bucella panis tosti in vino bono: et satis cito ante comedat. Et si stamachus sit mũdus possunt exhiberi duo oua recentia sorbilia: et deinde comedat cibũ suum ordinarium: Et in illa die sit cibus eius subtilis et bonus: et paucus. Et potus sit bonum vinum cum pauca aqua: et securius in die fleubothomie excedere potest in potu boni vini q̃ in cibo. In die fleubothomie nullo modo exercitetur: sed maneat cũ sociis suis in domo sua cum gaudio. Illa etiam die nullo modo balneatur: nec aliquo modo coeat: nec dormiat.

Probatio sanguinis.

Nõ ẽ dormiẽdũ ĩmediate post fleubothomiam.

Digitized by Google

Nam dormire post fleubothomiã causat cõfractionem membrorũ et est causa motus superfluitatum ad intra versus aliquod membrum nobile. Amplius in somno retrahitur sanguis ꝛ color: et spiritus ad centrum: et sic posset ratione motus inducti per fleubothomiã et ratione retractiõis que fit in somno fieri in humoribus ebulitio: ꝛ sic possit fieri febris et aptio vene. Et specialiter qz in somno mouentur mẽbra hois motu inordinato et inopinato: scilicet cũ quis in somno voluitur et reuoluitur: quod etiam causa esse possit crepationis vene. Sic igitur post fleubothomiam nõ est dormiendũ et specialiter ante cibũ sed post cibũ per duas vel tres horas puto quod non est magnũ periculũ: qz in tãto spacio humores posſunt esse sufficienter quietati. Securius est tamen nõ dormire: vel si dormiatur sit valde parũ: et sit cũ bona custodia propter periculũ quod ũminere posset. Et in sexta die a die fleubothomie potest balnearе: et quinta die coire: et in quarta die exercitari. Sic igitur fleubothomatus tribus diebus debet esse sine exercitio notabili: et in bono regimine cibi et por. Et quia fleubothomiam sequitur syncopis valde sepe: et specialiter in habentibus stomachum colericũ et spiritus subtiles: bonũ est statim facta fleubothomia fricare extrema: et irozare faciem aqua rosata: aut vino odorifero: et vocentur proprio nomine: et aperiatur os eozũ cũ ligno et detur brodiũ galline cũ vino et potest dari dyamargariton et pliris cum musto: vel zuccarum rosatum. Hec sufficiant de hijs que fienda sunt ante fleubothomiã et in actu. Consequens est de sanguinis inspectione: et de dispositione corporũ per ipsum sanguinẽ cognitione breuissime pertrãsire. Per horam igitur post fleubothomiã inspiciendus est sanguis postꝙ fuerit coagulatus. Bonũ est aũt vt sanguis extrahatur in pirribus scutellis: vt ipsius sanguis difformitas et diuersitas possit melius a medico denotari. Prima cõsideratio est circa hoc: qꝙ si primus sanguis sit peior secundo et tertio: et secundus peior tertio et sic cõsequenter: et vltimus sit bonus: et notabilis bona et rationabilis et sufficiens fuit fleubothomia. Et si sit econuerso: scilicet qꝙ primus sit bonus et secundus malus: non est adeo bonum: immo signum est qꝙ adhuc est fleubothomie: vel farmacie: vel vtriusꝙ necessitatis In fleubothomia que fit ad diuertendum vbi locus fleubothomatus distat a loco infirmo: hoc sepe contingit et rationabiliter secundus sanguis est peior primo: et est signum perfecte diuersionis. Sed quando fleubothomia fit ad eua cuandum et ex loco propinquo morbo: puta ex eadem parte: tunc primus sanguis debet esse deterior secundo: et secundus tertio. Et si oppositum contingit adhuc est fleubothomie vel farmacie necessitas. Sed in corporibus sanis que nimis distulerunt fleubothomiam sepe contingit qꝙ primus erit melior secundo: et tunc iterenda est fleubothomia satis cito. Secunda consideratio est circa sanguinis substantiam. Propter quod sciendum qꝙ in sanguine fleubothomie sunt quinꝙ substantie: scilicet melancolia: fleuma: sanguis purus: colera et aquositas vrinalis. Melancolia enim: est sanguis fex et colozis nigri: et est in infimo scutelle. Et quando est nimia huius fecis ꝯtitas non est bonum signum. Possumus enim iudicare talem hominem esse tristem: inuidum: curiosum: auarum: timidum: et pusillanimẽ. Et talis debet vti mundificãtibus melancoliã et multiplicantibus bonum sanguinem. Fleuma est quoddã albũ et mu-

Ista sunt phibẽda

De his q̃ fiẽdã sũt post fleubothomiam.

Signa.

Quinꝙ sũt substãtie i sanguine.

Digitized by Google

scillaginosum insipidū quod est quasi simile albumini oui. Hoc enim debet esse in sanguine post melancoliam: ⁊ huius non debet esse nimia q̄tias. Et si sit talis humoris nimia quantitas: possumus talē iudicare fleumaticum vel naturaliter vel accidentaliter: ⁊ esse somnolentum ⁊ rudē: et pigrum ad actiones et multi sputi. De isto tamen humore plus debet esse q̄ de melancolia. Deinde sequitur sanguis purus: cuius color dicit esse purpureus: vel rufus: vel subrufus. Et huiꝰ humoris debet esse maior quantitas: cuius humoris si sit magna quantitas possumus iudicare talem hominem esse sanguineum: et liberalem: ⁊ amicabilem: liberalem ridentem ⁊ rubei coloris: satis audacem atq; benignum. Deinde sequtur colera q̄ est spuma sanguinis crocei coloris trahentis ad clarā ⁊ scintillantem rubedinē. Et humoris huius debet esse minor q̄titatis q̄ sanguinis ⁊ fleumatis: ⁊ maior q̄ melancolie. Si igitur sit magna q̄titas: possumus iudicare talem hominem esse colericum ⁊ per consequens esse hyrsutū: fallacem: iracundū ⁊ audacem: prodigum ⁊ ad actiones promptū ⁊ vigilem et subtilem. Et est diligenter notandum q̄ in corpore de melancolia debet esse minimum quia est humor minus conformis vite ⁊ deide colera: et tertio de fleumate ⁊ de sanguine pluſq̄ de alijs. Et scōm quandam estimationez veritati propinquam potest dici q̄ sanguis est duplus respectu fleumatis ⁊ fleuma duplum respectu colere: ⁊ colera dupla respectu melancolie. Hoc vero scire punctualiter ⁊ cum certitudine est valde difficile: et de hoc in alijs perfectius apparebit. Amplius cōsiderare debemus substātiam aquosam que supernatat in sanguine coagulato sicut serum in lacte cum coagulatum est. Est enim sanguis superfluitas et colamentū sicut est serum lactis: ⁊ hec est vrinalis aquositas: et apparet similis vrine ⁊ in colore et in substantia si ponatur in vrinali. Et quando talis aquositas est similis vrine hominis sani cuius est sanguis est bonū signum: et aliter non est bonum. Et quanto aquositas talis perfectius a sanguine segregatur: tanto melius ⁊ melior digestio ⁊ decoctio in epate significatur: ⁊ ecōuerso. Hec em̄ aquositas debet esse in sanguine ad subtiliandum substantiā ipsius sanguinis vt liberius ⁊ facilīꝰ per venas magnas et paruas ad membra peruenire valeat. Unde non est bonum sanguinem esse privatū totaliter tali aquositate vrinali. Nam ex hoc significatur siccitas et grossicies sanguinis: ⁊ paucus potus permixtiuus ⁊ dilatiuus. Et talis aquositas minima solet esse in multum ieiunantibus et vigilantibus: ⁊ in his qui vtuntur cibis declinantibus ad caliditatem et siccitatem: ⁊ in his qui multum exercitantur et sudant: ⁊ similiter in convalescentibus. Amplius nō est bonū q̄ nimia huius aquositatis quantitas sit in sanguine. Nam ex hoc significatur defectus digestionis: vel ratione ciborum ⁊ potuū: vel ratione membrorꝫ ciborum in sanguine cōuersionem facere non potentium: et significatur etiam nimia humiditas et frigiditas sanguinis: et corporis debilitas. Unde habentes stomachum frigidū: et epar frigidū: et similiter venas: ⁊ vtentes cibis frigidis ⁊ humidis: et multum bibentes et comedentes: et specialiter multum bibentes et parum exercitātes: et non multum ieiunātes nec vigilantes: ꝓsueuerunt talem habere sanguinem. Amplius in sanguine est quedam substantia carnosa declinans ad albedinem. Nam sanguis incipit dealbari in venis: et sanguinis digestio vlterior vt cōuertatur in membra dealbā-

De aquositate.

De substātia carnosa.

Digitized by Google

do procedit. Hec digestio incipit in venis magnis: & p venas paruas terminatur finaliter ad membra digestionis tertie scilicet ad membra exteriora solida. Huiusmodi autem substãtia quasi carnea manifeste apparet in sanguine post eius digestionem et ablutionem. Et quanto sanguis est pinquior vel humidior & aquosior: tanto minus est in eadem de huiusmodi substantia et quanto sanguis est grossior: nisi temperamentũ excedat: et minus pinguis et inaquosus: tanto plus percipitur talis substantia. Ex multa igitur quantitate talis substantie albe bonitas digestionis in venis significatur: et sanguinis obedientia ad conuersionem in membra. Et specialiter si talis substantia inueniat tractabilis manibus: nec in ea apparẽt cõtenta nigra: nec ad tactũ dura: et q̃ digitis fricata quasi pulueriſantur. Ex hoc enim significatur ad lepram dispositio ꝓpinqua. Amplius si de totius substantie sanguinis ebullitionem cum cultello vel subtili ligno incide sanguinem. Si enim non restat: sed faciliter incisioni obediat subtilitas sanguinis significatur. Et econuerso si difficulter diuidat et incidatur: grossicies et viscositas indicatur. Viscositas sanguinis non est sine dominio aliquali humiditatis: sed grossicies potest esse cũ dominio siccitatis sanguinis igitur grossus sine viscositate non erit glutinosus: nec habet partes adinuicem adherentes sicut partes cathene. Sed sanguis viscosus est glutinosus: et eius partes sibiinuicẽ adherent sicut partes cathene. Si autẽ sanguis nullomodo sustineat incisionẽ: q̃uis diuidatur: sicut apparet in aqua oleo et ceteris liquoribꝰ: quae facilline diuiduntur sed non incidũtur: talis inq̃ sanguis est nimis subtilis: sed talis subtilitas meo iudicio arguit indigestionem. Et quãdo sanguis de facili perforatur satis cõuenienter sed non inciditur: tunc arguitur sanguinis viscositas: et talis sanguis vt plurimum est fleumaticus. Et quando sanguis est grossus & non viscosus. Amplius considerandum est circa colorẽ sanguinis. Inspecto igitur sanguine in scutella: si scõm alium & aliũ situm scutelle sanguis appareat alterius et alterius coloris: sicut apparet in collo columbe. Significat ex hoc inq̃ humorum malorum diuersitas cũ quadam ventositate eleuante partes sanguinis: vt lumen facilius intret: et scõm alium & alium situ subintrans: aliũ & alium colorem causet Hoc enim arguit humorũ malorũ diuersitatem cũ quadam ventositate. Et q̃ tales non sunt veri colores sanguinis: ideo demũ cõsiderare debemus verum colorem & fixũ sanguinis: q̃ color si sit rubeus: obscurus: primo purpureꝰ bonus est: et arguit bonũ sanguinẽ. Et si color sit scintillantis rubedinis arguit dominiũ colere: & similiter si sit croceus: et si sit spumosus: arguitur vẽtositas. Et si sit cinericius: vel albus: vel liuidus: põt argui frigiditas & fleumatis dominiũ: & specialiter si cũ hoc sanguis fuerit viscosus: et cetera particularia arguentia dominiũ fleumatis concurrunt. Isti etiam colores possunt prouenire ex adustione: sicut patet in extenuatis et dispositis ad lepram. Color viridis etiam attestat adustioni et specialiter colore. Color niger attestat melãcolie: vel per viã adustionis: vel naturali. Amplius considerare debemꝰ sanguinis saporem si placet: q̃ debet esse dulcis. Si igitur sit insipidus: arguit dominium fleumatis si sit amarus: dominiũ colere: si ponticus vel acetosus: dominiũ melãcolie vel fleumatis acetosi. Et si sapor sit salsus: arguit adustionẽ in humoribus. Ampliꝰ cõsiderandus est sanguinis odor. Nam si boni odoris

Proba-tio sãguinis.

De sapore sanguinis.

Digitized by Google

et delectabilis ꝛ bonū signū est ꝛ boni sanguinis. Et si odor sit fetidus: est magna putrefactio in humoribꝫ. Amplius considerare debemꝫ si sanguis per fleubothomiā extractꝫ cito coaguletur: vel tarde. Si enim cito coaguletur: nimia sanguinis grossicies significat. Et si tarde nimia subtilitas et indigestio significat. Et si mediocriter: mediocritas substantie denotatur. Hec sufficiant de considerationibus habēdis circa fleubothomiam. De his autem que sumūtur ex parte egritudinum ꝛ accidentium nō est hic locus loquendi: qꝛ habent videri in curis egritudinū ꝛ accidentium. In hoc igitur negocio aliud tempus apponetur.

Capitulum secundum De ventosis.

Quoniam sani minus vtūtur vētosis ꝙ fleubothomia: ideo de ventosis breuiter est ptranseundū. Circa igitur ventosationē multe cadunt cōsiderationes. Prima consideratio est de vtilitatibꝫ ventosaꝝ. Sciendū ꝙ duplex est modus ventosandi. Vnus sine scarificatione siue carnis incisione: ꝛ alius cū carnis incisione siue scarificatione ventosa. Ventosa sine scarificatione fit interdū ad diuertendū sanguinem ab alio loco ne euacuet immoderate: sicut (verbigratia) in imoderato fluxu menstruoꝝ apponatur ventosa sub mamillis ad sanguinem diuertendū. Amplius fit interdū ad attrahendū. Verbigratia: si apostema sit profundum apponat ventosa supra locū apostematū vt materia apostematis trahatur ad extra: vt medicaminū virtus possit melius ad materiam illam puenire. Amplius interdū fit ventosa vt apostematū materia mutetur de loco nobili ad minus nobilem. Amplius interdū fit sine scarificatione: vt membꝛum ventosatū calefiat: ꝛ sanguis ad ipm trahat: vt eius ventositates remoueantur. Amplius interdū fit talis ventosa vt membꝛū reducat ad suū naturalem locum a quo fuit remotū: sicut fit in ruptura inguinis. Aliquando fit ad sedandū dolorem: sicut in dolore matricis ꝛ colica ventose fiunt sine scarificatione. Fiunt autē ventose cū scarificatiōe propter duo. Primo quidem ad euacuandū de venis magnis ꝙuis nō immediate: et ventose huiusmodi ponūtur in crurib⁹ et interspatulas. Sed sanguine existente grosso tales ventose parū valent: nisi precedant subtiliantia ꝛ ab intra per cibos et medicinas: et ab extra per fricationem ꝛ balneū. Ventosa autē in fronte posita valde: potest cōferre doloꝛis partis posterioꝛis capitis: ꝛ ad alias egritudines ad quas valet fleubothomia vene frontis: sed impedit rationem et intellectū. Amplius tales ventose maxime fiunt ad euacuandū sanguinē subtilem ꝙ est prope cutē. Unde in his quibus non audemus facere fleubothomiā vel propter etatē: vel virtutē: aut consuetudinē: debemꝫ facere ventosas: et pōt fieri talis ventosatio cū magna scarificatione et parua. Magna quidem cū sit ad euacuandū a toto coꝛpoꝛe: et cum parua cū sit ad euacuandū a venis capillaribꝫ: ꝛ ab aliquo membꝛo speciali. Et quāto sanguis est pfundioꝛ et grossioꝛ: tanto debet esse maioꝛ scarpellatio. Et quāto subtilioꝛ et minus profundioꝛ: tanto fiat minoꝛ scarpellatio. Et scias ꝙ infans primo anno nullomodo debet ventosari: sed in secundo vel tertio: ꝛ sic deinceps potest ventosari. Et dicunt quidam ꝙ post sexaginta annos

Digitized by Google

non ventosetur. Dicunt quidam q ventosa non debet fieri in nouilunio: nec in fine lune: sed luna existente in magno lumine: et debet fieri hora die secunda vel tertia. Et post horam vnam ventosationis detur cibus. Et qz ventosa et fleubothomia in multis conueniunt: et specialiter vētosa que fit ad euacuandū: tunc reducende sunt ad memoriam multe considerationes superius dicte sunt de fleubothomia. Sic igitur patet ꝓpter quas causas fit ventosa. Secunda consideratio circa ventosas: est scire loca in quibus ventose cōmuniter poni consueuerunt. Sciendum igitur q ventose apponi consueuerunt super caput: et in fronte: et in mento: et in parte posteriori colli: et inter duo cornua in principio nuce. Et consueuerunt poni sub collo supra nucam: ⁊ retro in parte que opponitur cordi et stomacho. Et consueuerunt poni supra renes: et in cruribus: scilicet in parte anteriori et posteriori: domestica et siluestri. Consueuerunt etiam apponi in loco caullarum. Ad quid autem horum locorū ventose deseruiant: dicendum est consequenter. Quidam dicunt q ventose posite sup caput conferunt amentie et scothomie: et tardant caniciem. Hoc tamen non est vniuersaliter recipiendum pro vero: immo potius in quibusdam corporibus accelerant canos: et intellectum impediunt. Sed conferunt egritudinibus oculorum: puta scabiei: ⁊ bothor egressioni vuee. Sed intellectum impediunt ⁊ faciunt hereditare stuporem ⁊ obliuionē. Igitur in sanitatis regimine nullomodo ventosanda est summitas capitis. Ventosa autem in fronte posita valde: potest conferre dolori partis posterioris capitis et ad alias egritudines ad quas valet fleubothomia vene frōtis: sed impedit rationem et intellectū. Vnde non est in sanitatis regimine facienda. Ventosa sub mēto confert paruis pustulis que fiunt in ore: et egritudini dentium et gingiuarum: et multum debent iuuare in mundificatione faciei et cutis capitis. Ventosa que ponitur inter cornua occipitij valet grauedini et vacuitati que est in capite: et caput ⁊ faciem alleuiat: et doloribus qui sunt in radicibus dentium et gingiuarum auxiliat: et est mirabilis in tumore faciei. Tales autem ventose que ponuntur in parte posteriori et supra nucam debilitant memoriam. Vnde nō debent fieri: nisi imminente necessitate: nec assuescendum est ad eas. Ventose que ponuntur inter spatulas valent egritudinibus pectoris sanguineis: ⁊ asmati et spasmo sanguineo. Sed stomachū debilitant: et possunt esse causa tremoris cordis alterius quam sanguinei. Ventose renibus supposite valent apostematibus coxarum: et scabiei earum: et emorroydibus: ⁊ podagre: et pruritui dorsi: ⁊ ventositatibus matricis: et vesice. Ventose in cruribus maxime competunt in sanitatis regimine loco fleubothomie: qz maxime repletionem diminuunt: et plus omnibus alijs ventosis. Et tales ventose maxime valent doloribus matricis antiquis: et doloribus renum et vesice: et menstrua prouocant: et posite in parte anteriori valent in apostematibus testiculorum et vulneribus coxarum et crurum. Et posite in parte posteriori valent in apostematibus et exituris que sunt in natibus. Ventose que ponuntur in caullis pedum conferūt ad eadem atq; cōfert illarum venarum fleubothomia: puta prohibitionē menstruorum: et sciatice: et podagre.

In q̄bus locis apponūtur ventosa.

Sup caput.

In frōte.

Sub mēto.

Inter spatulas.

In pedibus.

¶ Capitulum tertium de sanguisugis.

Digitized by Google

Electio sanguisugarum.

Consequēter est dicere de sanguisugis Circa quas cadunt quinq; cōsiderationes. Prima est de earum electione. Secunda de earū virtute. Tertia de ipsarum preparatione anteq; applicētur. Quarta de ipsarum applicatione. Quinta de ipsarū remotiōe. Potest addi cōsideratio. Sexta de his que fiunt post ipsarum remotionem. Propter primā sciendum q; debent eligi sanguisuge de aquis mundis currentibus et participantibus laudabilibus conditionibus aquarū bonarum superius enumeratis in primo capitulo secunde partis: et in capitulo de balneis: et in capitulo de regimine sanitatis. Et sunt aque in quibus reperiuntur rane mūde q̄uis quidam asserant oppositum huius. Amplius sanguisuga debet esse subtilis sicut cauda muris parui capitis nō colozis viridis: nec nigri: nec alterius mali colozis nec super eas debēt esse fila colozis azuli Eligantur rufe quasi colozis epatis vel habentes vētres rubeos et dorsum colozis similis rei sup aquā existit viriditas et nō sit simpliciter viridis. Si enim sint magne et magni capitis et colozis nigri et diuersozum colozum et sint ex aquis frigidis flantibus in quibus reperiūtur animalia venenosa. Tales inq; sunt venenose ꝛ ex eis inq; ptingere cōsueuit sincopis et apostemata mala sanguinis fluxus et febris et membrozum laxitas et vlcera fraudulentia. Propter secundam sciendū q; sicut p fleubothomiam et vēnosas euacuatur. Plenitudo totius membri particularis: sit etiam per sanguisugas. Verum est tamen q; fleubothomia euacuat magis pfundo q; sanguisuga et ventosa: et similiter sanguisuga attrahit sanguinem a magis profundo q; ventosa. Nam attractio que fit per ventosam est a calido et a vacuo. Sed attractio que fit per sanguisugam est a virtute anime et tota specie cum spiritu et calore: et ideo attractio est fortioz: quia etiam attractum maiozem habet conuenientiā cum attrahente: maiozem enim conuenientiam habet sanguis attractus cum sanguisuga q; cū ventosa. Si igitur sanguisuga est conuenientioz ad euacuandum plenitudinem et similiter a profundo q; ventosa. Et est diligenter notandum q; dicunt quidam q; sanguisuga attrahit bonum sanguinē et non malum. et secundū hanc viam non competūt nisi in sanguinis multitudine et non in sanguinis corruptione. Sed istozum opinio non consentioz: quis sapientū dictis nō concordat. Nouerunt enī sapientes q; sanguisuga valet in morphea et in petigine et i serpigine quod nullomodo esset si attrahere sanguinē bonū et relinqueret malū. Sic enī plus noceret q; prodesset. Unde puto saluo meliozi iudicio q; sanguisuga plus euacuat malum sanguinem et corruptū et attrahit q; bonū propter duo. Primū quidam quia natura corpozis retinet bonum et dimittit malum quo non indiget. Secundo quia malus sanguis est proportionabilioz sanguisuge q; bonus. Non enim rationabile q; sanguis qui habet similitudinem et proportionem in tota specie cum membro nostri corpozis habeat proportionem et similitudinem cum sanguisuga: quia sanguisuga est multum distans a corpore nostro: sed rationabilius est q; malus sanguis et corrupt⁹ qui nullam habet proportionem cum membris corpozis nostri vel paucam habet proportionem cum sanguisuga et sic sanguisuga attrahit ma-

Digitized by Google

lum sanguinem qui est magis ei proportionatus et relinquit bonum. In omibus igitur egritudinibus subcutaneis que sunt de sanguine corrupto multū valent sanguisuge et plus q̄ ventosa. Nam ventosa attrahit indifferenter bonū et malum sanguinem: et sanguisuga non. Sed eligit malū sibi cōuenientiorem relinquendo bonum. Propter tertiam sciendum est q̄ anteq̄ applicentur debent seruari per vnum diem ⁊ procuretur q̄ euomant per constrictionem sic q̄ emittant quod est in eorū ventribus et parum sanguinis agni vel anatis ꝓiciatur et inde nutriantur et deinde earum immūdicies cū spongia vel cum panno aspero remouetur. Propter quartam sciendum q̄ quando volumus applicare sanguisugas in loco: ante fricetur locus et fomētetur intantum q̄ rubeat ⁊ pori aperiantur et sanguis subtilietur et deinde proiiciatur sanguisuga in aqua dulci et mūdetur et loco applicetur. Et si applicari noluerit inungatur locus cū aliquantulo sanguinis agni vel luti aque in qua morari consueuit et ꝑmittatur attrahere sanguinē quousq̄ appareant vene plene. Propter quintam sciendum q̄ quando volumus eas remouere a membro cui sunt applicate: hoc potest fieri cum seta caude equi: aut cum aceto tepido aut cū aqua salsa aut ligno aloes: et demum abluatur locus cum vino puro et melle et securius est q̄ apponatur ventosa super locū et si forte sanguis fluxus non cessaret aspergatur locus gallis cōbustis et mastice et sanguine draconis et similibus.

In q̄bus egritudinibus.

De casu.

Capitulum quartum de cauteriis.

Quia homies sani raro vtūtur cauterijs et tamē vtūtur eis interdū propter opis cōplementū addem⁹ hic vnū capitulū breue de cauterijs que tamen spectat ad regimen sanitatis. Cum quibus autem et quomō fiant cauteria et sectiones nō est hic dicendum: hoc enim est cirurgicorum opus. Nolum⁹ etiā hic enumerare omnes egritudines in quarum cura cōpetunt cauteria vel sectiones. Nolumus etiam hic enumerare omnia loca que cauterisari consueuerunt: sed solū dicemus generales cautellas et vtilitates cauteriorum: et quedam generalia in cauterijs obseruanda. Sciendū igitur q̄ multis cauterisatio valde vtilis est in exsiccando humores et in attrahendo eos a remotis et profundo ad prohibendum ne corruptio aspgatur ad confortandū membrū cuius cōplexionem volumus rectificare et ad resoluendum materias corruptas in membro retentas. Amplius cauterisatio valet ad retinendum sanguinis fluxum. Et quando cauteriū fit ad hanc intentionē vltimā cauterisatio debet esse ꝓfundior et fortior: quia si essent debilis faciens crustā que postea satis cito caderet esset error peior priore. Nam sequeretur fluxus sanguinis peior: et incurabilior priore. Hoies igitur in latitudie sanitatis existētes qui tamē sunt parati cadere in egritudines membrorū exteriorū contingentes ex humoribus corruptis debēt vti cauterijs sicut verbigratia ad leprā et ad guttā rosaceam faciei: et vniuersaliter ad egritudines deturpātes faciem ꝓpter humiditates corruptas in cerebro retētas que non habent spiraculū: nā tales humiditates descendūt ad faciem et ad totum corpus et causant le

Utilitates cauterij.

In q̄bus morbis ꝯfert cauterisatio.

pram: talibus inq̃ ad preseruandum: et similiter ad curandum cauterisatio est bene vtilis. Et si anteq̃ materia descẽderit cauterisatio fiat i quat tuor quartis capitis quousq; cauterisatio perueniat ad os cranei multũ est vtilis vt humiditates corrupte euentationem habeãt ⁊ spiraculum ⁊ ad cetera mẽbra corporis et similiter ad faciẽ nõ decurrãt: sed talis cauterisatio inq̃tum peruenit ad craneum multum subtiliter est fienda ne cerebrum ebulliat et pia mater et dura ledat et sic error nouissimus priore peior. Et omnia ista cauteria in capite facta preseruant et curant ab oñibus egritudinibus causatis vel causari possibilibus per viam reumatis descendentis a capite ⁊ sic preseruant abvlcere pulmonis tussi asinate et squinantia: et vniuersaliter ab alijs egritudinibus quarum mater potest esse reuma descẽdens a capite: ⁊ specialiter si humores sint valde corrupti et in cerebro coartati. Et sicut dictũ est de humorib⁹ corruptis in cerebro: et in capite coartatis qui per cauteria capitis mũdificant et desiccantur: sic suo modo itelligendũ est de alijs mẽbris corporis. Mã in quocũq; mẽbro corporis sint tales humores corrupti per taliũ mẽbrorũ cauterisationẽ: mundificantur et desiccantur: et membrum illud purificatur. Vnde si tales hũiditates corrupte sint coartate in splene: vel epate aut stomacho vel pectore super membris illis fiant cauteria. Et similiter intelligatur si humiditates corrupte fuerint coartate in iuncturis. Fiant enim cauteria in circuitu iuncture. Sic igitur patent tales vtilitates cauteriorum. Nunc restat ponere quasdam regulas obseruandas in cauterijs. Regimẽ obseruandũ cauterisantib⁹

Prima q nũq̃ fiat cauteriũ: nisi corpore prius mundificato per farmaciam: vel fleubothomiam: vel per vtrũq; istorũ sicut medico videtur expedire. Secunda regula obseruanda est q quando cauteriũ fit ad euacuandũ: detineatur cauteriũ apertũ: sed quando fit ad retinendũ sanguinem: locus cauterisatus non teneatur apertus. Tertia regula q cauteriũ quod fit ad euacuandũ: ad minus teneatur apertum quadraginta dies: et quolibet die mundificetur locus semel: vel bis secundum q plus vel minus de ipso euacuatur: et secundũ q materia est plus vel minus corrupta. Interdum lauetur locus cum decoctione foliorũ edere terrestris et arboree: vt locus cauterisatus non feteat. Quinta regula est q non fiant cauteria in infantibus vel valde senibus. In infantibus quidem propter membrorum nimiam molliciem. In senibus autem propter nimiam mẽbrorum siccitatẽ. In his etiam etatibus mẽbra sunt debilia: non potentia bene sustinere cauteria. Quarta regula est q non fiant cauteria in tẽporibus valde calidis nec frigidis: nec siccis. Sexta regula est q non fiant super musculos et lacertos: sed in fine vel in principio musculorum. Septima regula q interdum fiant super membrum mãdans: interdum super membrum per quod tanq̃ per medium mandatur: et interdum fiãt super mẽbrũ cui mãdatur: verbigratia. Si materia existẽs in cerebro reumatisaret ad oculos per arterias et venas corporũ anteq̃ materia fluat fiant cauteria super caput: et cum actu fluit: fiant cauteria in temporib⁹. Sed cum tota materia fluxa fuerit ad lachrymale: oculi fiant in lachrymali. Interdum fiant cauteria sub mẽbro ad quod fluit materia: verbigratia. Si materia fluat ad faciem: potest fieri cauterium sub mento ad mundificandum faciem. Octaua regula obseruanda in cauterijs: est q cauteria que fiunt sub genibus sunt vtiliora ad mundificandũ totũ corpus et hu-

Digitized by Google

miditates corruptas a toto corpore. Unde talia cauteria satis deberent esse vtilia in cura lepre: et morphee: et sic de alijs. Hoc ego fui expertus in vno ex principibus huius mundi.

¶ Capitulum quintum de farmacia.

Et interdum ventris solutio quibusdã hominibus multũ cõpetit in regimine sanitatis scilicet ad preseruandũ ab egritudinibus materialibus ex humorũ corruptione. Est em̃ possibile ꝙ laxatiua aut farmaca medicina corpus mundificet̃ ab humore qui generari cõsueuit ex negligentia diete et corpis discrasia: vel naturali: vel accidẽtali. Nam quantũcunqꝫ aliquis sit bone complexionis ꝓpter nutrientia siluestria in se multiplicabit malos humores: a quibus si non mundificetur corpus grauabitur. Et similiter quantũcũqꝫ aliquis fuerit boni regiminis: tamẽ propter maliciam cõplexionis: et debilitatis membrorũ ⁊ spirituũ ⁊ virtutũ multiplicabuntur in corpore mali humores: puta colera: fleuma: vel melancolia: ex quorũ purgatione preseruabit̃ corpus ab egritudĩe. Utẽtes igitur malo regimine: et q̃ sunt male cõplexionis et nõ sunt infantes neqꝫ decrepiti: et hñtes stomachũ et viscera fortia: hñtesqꝫ corpus magnũ et et pingue: ⁊ sunt gulosi: et multũ comedũt fructus: et parũ exercitant̃: et nõ multũ assellãt: nec sudãt: nec coeũt: tales sũt maxime farmacãdi. Ei si non euacuant̃: nõ euadent quin cadent in pessimas egritudines. Et horũ oppositi in cõditionibus enũeratis: minime sunt apti ad medicinã laxatiuam. Et specialiter si vẽter eoꝝ sit solubilis: et sint apti ad dissenteriam vel lienteriã. Et similiter si eorũ corpus sit siccũ. In talibus em̃ medicĩe laxatiue sepius sumpte corpus debilitãt: et ethycã et ptisim adducũt. Et est diligẽter notandũ ꝙ anteq̃ medicĩa laxatiua sumat̃ p̃parandũ est corpus ad eã ⁊ humores sunt digerẽde ⁊ p̃parãdi: vt humores obediãt euacuatiõi. Qui em̃ conat̃ materiã indigestã euacuare: ip̃am nõ euacuat sed sana mẽbra debilitat ⁊ morbo resistẽtia. Corpus igit̃ p̃parandũ est cũ nutrimẽtis mollificatiuis: et vnctuosis: et venarũ aptiuis: et ꝑtiẽdus est cibus. Et vt sit ad vnũ dicere corpus est p̃molliẽdũ: ⁊ humectãdũ nutrimẽto plurimo balneo et req̃e. Et sil̃r si mat̃ia sit grossa ⁊ viscosa subtiliãda est ⁊ icidẽda: ⁊ si sit nimis subtilis ⁊ calida aliq̃liter est igrossanda. Verũ est ꝙ materia existẽte furiosa: siue sit furiosa rõne mobilitat̃ materie vel rõne malicie: siue rõne mẽbri ⁊ loci: siue rõne q̃titat̃ et q̃litatis: siue rõne accidẽtis inducti per talẽ materiã: nõ debet expectari digestio. Ampli⁹ obseruandũ est ne q̃s recipiat medicinã laxatiuã in tꝑibus calidis valde nec frigidis valde: sed in tẽperatis: vt in vere vel autũno. Tempus etiã humidũ conueniẽtius est ad medicinã laxatiuã. Multũ considerandũ est ꝙ luna non sit in leone: et ꝙ leo non sit ascendens: et vniuersaliter ꝙ luna non sit in signo fixo. Si igitur luna in signo mobili et frigido et humido. Unde inter omnia signa mihi videtur ꝙ cancer est conuenientius signum ad farmaciam et deinde piscis. Hec enĩ signa non sunt fixa et sunt aquatica: frigida: et humida. Scorpio est signum conueniens: quia aquaticum: frigidum: et humidum: sed est signum fixum. Multum etiam considerandum est ꝙ luna non sit coniuncta ioui nec corporaliter nec per

Isti sunt farmacãdi.

In quo tempe sit farmacãdum.

De luna.

aſpectum: et ꝙ etiam non ſit coniuncta ſaturno. Nam coniunctio eſt ioue debilitat virtutem medicine: et fortificat virtutem naturalem corporis. Medicina autem laxatiua non euacuat humorem: niſi ſuperande virtutes naturales corporis. Amplius cõiunctio cum ſaturno immobilitat humores: et ſic impedit operationem farmacie. Amplius conſiderandũ eſt ꝙ quedam medicine ſunt: ſuper quibus poſtꝙ ſumpte ſunt multũ eſt dormiendũ: ſicut fortes medicine que ſumuntur in ſubſtantia pillulata. Alie ſunt ſuper quibus non tantum eſt dormiendũ: ſicut ſunt medicine non ita fortes: que ſumuntur per modum electuarij. Et alie ſunt ſuper quib⁹ parum vel nichil eſt dormiendum: cuiuſmodi ſunt debiles medicine valde: et que recipiuntur in colatura. Medicine igitur que recipiũtur in ſubſtãtia pillulata recipiantur de ſero: et ſuper dormiatur tota nocte. Multum autem conſiderandum eſt ꝙ pillule non ſint indurate et petrificate: nec etiam ſint nimis molles: ſed ſint ſiccate de nouo. Medicine autem que ſumuntur per modum electuariorum recipi debent in media nocte et ſuper dormiatur vſqꝫ ad diem. Et que recipiuntur in colatura recipi debent in aurora: et parum vel nichil eſt ſuper dormiendum: nec ſtatim: eſt ambulandum: ſed quieſcendum: quia ſcimus ꝙ medicina quantũcunqꝫ ſit debilis non operatur in humore: niſi primitus natura in eam egerit: reducendo de potentia ad actum. Et ideo quieſcẽdum eſt ſuper eam ſumptã quo vſqꝫ appropinquet tempus operationis: et tunc mouendum eſt corpus hincinde: non laborioſe: nec in loco valde calido: nec frigido valde. Si enim vis ducere elleborũ moue corpus: nec dormiatur aliquo modo donec medicina ſuam perfecerit operationem quia ſomnus retinet fortes euacuationes. Et ſimiliter medicina ſumpta nichil eſt comedendum donec bibendum: nec medicina compleuerit ſuam operationẽ. Sunt tamen quidam debilis nature et rare compoſitionis: qui non poſſunt eſſe ſine cibo quouſqꝫ medicina ſuam perficiat operationem: ⁊ iſti debent ante haſtum medicine comedere aliquid ſubtile: leue: facilis digeſtionis. Et tales etiam poſtꝙ medicina incipit operari poſſunt comedere aliquid ſubtile ſtipticum: quod ſtomachum confortet: ⁊ medicinam ad inferiora deponat. Sed ſi neceſſitas non cogat: cibus et potus totaliter dimittantur quouſqꝫ medicina perfecerit operationem. Scimus autem medicinam ſuam compleuiſſe operationem: ex eo ꝙ videmus mutationem in egeſtionibus ad humorem cui medicina exhibita non eſt appropriata: tũc enim ſignum eſt ꝙ medicina perficit opus ſuum: ⁊ tunc poteſt farmacatus cibari. Amplius eſt aliud ſignum: ſcilicet ꝙ medicina exhibita apparet in egeſtionibus. Nam poſtꝙ medicina ſufficienter eſt operata: natura eam emittit: et tunc farmacatus comedat: bibat: ⁊ quieſcat. Tertium ſignum eſt ſitis: quam ſcimus non euenire nec ex acuitate medicine: nec humoris nec ex complexione ſtomachi. Si igitur medicina non ſit acuta: nec etiã humores in corpore qui debent euacuari ſunt multum calidi nec etiã farmacatus ſit naturaliter ſitibundus: tunc quidem ſatis patet farmacati operatio. Unde ſignum eſt purgationis ſufficientis. Sed poſtꝙ percepe rimus farmacum appropinquare ad operationis terminũ bonum eſt ꝙ farmacatus bibat aliquid lubricatiuum lauatiuum: et ſitis ſedatiuum: et medicine repreſſiuum ⁊ expulſiuũ: et huiuſmodi eſt aqua ordei calidiſſima: hec enim eſt lauatiua: et medicine repreſſiua ⁊ lubrica. Et poſt horã

In q̃ hora medicina ſit accipienda.

Digitized by Google

diei comedat cibum subtilem facilis digestionis: et vinum limphatum bibat calidum nichil enim suscipiat actu frigidum: et dimittat illa die omnes fructus: et specialiter frigidos: et humidos laxativos. Et specialiter ante cibum: et precipue crudos debilitantes stomachum. Et si medicina fuerit multum acuta et farmacatus multum complexionis calide: t tempus calidum: nullo modo bibatur vinum: sed loco vini bibatur melli cratum: vel aqua scilicet zuccarata: vel bibatur aqua cocta in vino pauci ssimo vel debilissimo alterata. Et est diligenter notandū q si quis fuerit farmacatus: vehementer purgatus: et forte timeamus vlteriorē purgationem: nullomodo bibendum est mellicratū: nec aqua zuccarata: nec similia que ventrē laxare possent: sed bibi debet succus citonior inspissatus per decoctionem cum aqua ferrata vel aliquod simile. Interdū autē contingit q medicina exhibita nō euacuat: vel quia medicina est debilis vel quia corpus est debile: vel quia ventositas grossa est in stomacho: q̄ subleuat corpus medicine vel quia vie intestinorum sunt opilate. Si igit videamus medicinam non operari: quia virtus est debilis: confortanda est cum cibo subtili lubrico: et postea exhibeatur aqua non multum frigida. Si autem medicina sit debilis demus aquam frigidam non nimū frigoris: et deinde dabimus aliqua compressiua pontica: sicut citonia pira. Hec enim medicinam ad inferiora deponunt. Si autem ventositas sit in causa vel constipatio intestinorum: clisteria sunt competens medicina: et dissoluentia ventositatem. Si autem medicina exhibita non operetur: et declinet ad superiora: et generet morsum cordis t angustiā: t estuationē et prefocationem t motū spasmosum pronocandus est vomitus. Et si viderimus q declinat ad inferiora non premittantur clisteria fortia attractiua. Amplius talium medicinarum maliciam corrigit potus aque vehementer frigide et balneatio in ea: propter hoc q frangit acuitatē medicine et inflāmationem: et remouet ferocitatē medicine. Etiam ad hoc conferunt tyriace species quia tales medicine sunt de genere venenosoꝝ Sed super omnia quādo medicina nō euacuat: confide in clisteriorum beneficijs. Si autem cum his omnibus medicina sumpta non fuerit a corpore expulsa: et accidēria mala multiplicētur: et medicina t materia moueatur ad superius fienda est fleubothomia de sophena: et post de basilica. Vomitus autē magis pronocandi sunt quando medicina generat cordis morsum et nauseam: et facit singultum t prefocationem. Hec tamen contemnenda sunt clysteria. In hoc enim remedio confisus sum vsq ad nunc: et bonum effectum inueni. Interdum etiam contingit q medicina farmaca exhibita euacuat plus q̄ oportet: et tunc studendum est p̄mo vt medicina a corpore expellatur. Amplius vt intestina confortentur ad retinendum. Tertio studendum est etiam vt materia diuertatur. Quarto vt totū corpus et specialiter cor t cetera membra principalia confortentur. Quinto etiā in casu forti exhibenda sunt stupefacientia t materiam congelantia. Dico igitur p̄mo q si videamus medicinā secessiuam adhuc in corpore manere t corporaliter t virtualiter exhibeamus aliqua lubrica laxatiua virtutē medicine debilitantia t corpus medicine a corpe expellentia quoꝝ vnum t optimum est aqua ordei calidissima cū mucillagine pssilij vel citoniorum in potu exhibita. Hec enim faciunt virtutē medicine debilitari et ipam a corpore expellunt t ita intelligitur in alijs. Hoc

Regime.

Correctio medicinarum.

Digitized by Google

Remedium. autem remedium est bonum si videamus talem euacuationem superfluam esse ex virtutis medicine fortitudine. Amplius dico secundo q virtus cōtentiua intestinorum in tali casu est confortanda: possibile est enim talem superfluam euacuationem esse nō propter medicine fortitudinem sed propter contentiue intestinoꝝ debilitatem. Contentiua autē stomachi ⁊ intestinorum confortatur cum stipticis ⁊ ab intra et extra. Ab intra autē carne citoniorum aromatisata vel non aromatisata: ⁊ ab extra cum oleo rosato vel masticino vel mirtino. Amplius dico tertio q est studendum in diuersiōe materie (verbigratia) possibile est q materia ad intestina fluat ab omnibus membris ⁊ tunc fricationes ⁊ balnea multū competūt ad diuertendū materiam ne moueatur ad intestina. Et ex eadē ratione interdū competūt diuretica ⁊ interdum etiā cōpetit vomitus. Hec omnia eñ diuertunt materiā ab intestinis. Amplius qz interdū medicina laxatiua euacuat vltra debitū superando virtutes corporis ⁊ vitales ⁊ naturales multū studendum est in tali casu in virtutis confortatione. Et qz somnifera ⁊ stupefacientia retinent euacuatiōes fortes in stante magna necessitate non est malū dare aliquam opiatam ad immobilitatē materie et ad stupefaciēdam animalē virtutē hoc tamen fiendū est cū magna cautela.

¶ Capitulum sextum de vomitu.

Bona q̄ proueniunt ex vomitu ⁊ ēt mala.

QUamuis homines sani simpliciter et a tēpore non indigeant vomitu: tamen homines in quoꝝ stomachis multiplicat fleuma et colera p vomitu ab egritudinibus preseruantur et in propria sanitate conseruātur. Si igitur huiusmodi homines vomitu vtantur secūdum q expedit eorum stomachus a superfluitatibus mūdificatur ⁊ digestio melior efficitur ⁊ corpus renouatur caput etiam et sensus alleuiantur et visus acuitur: q si vomitus immoderate fiat ⁊ vbi nō oportet corp⁹ desiccabit epati ⁊ pectori necnō oculis et pulmoni nocebit: venas quoq; nōnscindit ⁊ rumpit ex quo passio accidit ⁊ emoptoica: debet enim fieri vomitus ad plus bis in mense in regimine sanitatis hominū predictorum: nec debet talis vomitus in regimine sanitatis fieri stomacho vacuo. Hā talis vomitus laboriosus est nimis. Fiat igitur post cibi saturitatē ⁊ sumptionē diuersoꝝ ciborum abhominationē habentiū ⁊ etiam quoddā modo incisiuā virtutem. Non debet vomitus fieri frequēter ne stomachus corrumpatur ⁊ virtus eius destruatur nec debet obseruari certus numerus dierū inter vnū vomitū ⁊ aliū. Habētes autem collum longum ⁊ pectus strictum ⁊ sine carne ⁊ humeros eleuatos ad modum allarū ⁊ crura tortuosa tales inq̄ non vtantur vomitu ad conseruandū sanitatē eorū et qz oculi multū ledūtur a vomitu. Interdū cum aliquis vomere voluerit duos pannulos in rotunditate circūuoluat ⁊ sup oculos ponantur et cum alio panno lato optime liget ne inde auferantur donec vomitus sit completus. Et postq̄ erit perfectus facies aqua rosata est abluēda. In estate quidem cum aqua rosarum simplici. In hyeme vero ponatur in ea aliquantulum ligni aloes ⁊ os abluendū est cum hydromelle vel syrupo acetoso ⁊ non statim est comedendum nec tardet comestionem donec fames sit fortis: ⁊ si contingat vomētem sitire: seda eius sitim cum syrupo

Quibus non ꝓfert

Digitized by Google

citoniorum et non cum iulep nec cum syrupo acetoso qz ista duo iciat ad vomitū: et q̄ vomuerit comedat carnes pullor facilis digestionis in gelatina vel galentina. Hec de vomitu sufficiāt vt cōperit in regimine sanitatis. De vomitu enim laborioso qui fit stomacho ieiuno ꝛ cum fortibus medicinis non est hic determinandum: quia non competit sanis corporibus: et si interdum forte competeret ad preseruandum ab aliquibus malis egritudinibus. Et eadem ratio est de eo ꝛ medicina laxatiua. Unde eis que dicta sunt superius de medicina laxatiua ꝛ ex his que dicūtur de vomitu in isto capitulo patet quid sit faciendum ꝛ obseruandū in vomitu laborioso qui fit cum medicina forti. Laboriosus vomitus.

Capitulum septimum de clysteribus.

Uia homines sani sepe et sepius clysteribus vti consueuerunt et similiter suppositorijs de his breuiter determinādum quantū sufficiat ad regimen sanitatis. Sciendum igitur q̄ homines in quor intestinis feces indurari ꝙsueuerunt: ꝛ ꝓpter quā indurationē potest colica passio ꝓuenire. Siꝛ in quor visceribus vētositates multiplicari cōsueuerūt vel fleuma muscillagino sum vel ad quor intestina panca colera demādatur incitās expulsiuā: tales inq̄ indigent in sanitatis regimine clysteribus vel remollitiuis cōtra fecum indurationē vel ventositatum dissolutiuis contra ventositatē vel fleumatis euacuatiuis: et similiē intelligatur de alijs humorib?: vel aliqualiter inordinatiuis cōtra defectus mordificationis ꝓpter colere transmisse ad intestina paucitatē: interdum fiunt clysteria mundificatiua viscerū ꝛ cōsolidatiua ꝛ restrictiua ꝛ attractiua a remot? ꝛ ipinquatiua. Sed qz his nō vtimur in regimie sanitat? de his penit? nulla fiēda ē mētio in isto capitulo. Et ē diligēter notandū q̄ circa exhibitionē clysteriorū multe regule sunt ꝙsiderāde. Prima regula q̄ clysteria maxime fiūt ad euacuationē intestinorū ꝛ ad ꝙsumptionē vētositatū in eis: ꝛ similiter in renib?. Uñ suspecti de collica passione ꝛ dolore renū ꝛ specialiter vētoso maxime debēt vti clisterib?. Uñ clisteria imediate euacuāt ab itestinis iferiorib? ꝛ renib? ꝛ ꝙsequēter a ꝓtib? superiorib?. Euacuāt ergo ab inferiorib? ꝛ eradicāt a superiorib? ꝑ quandā colligantiā inferior ad superiora. Scōa regula est q̄ clisteria fortia nō debent fieri nisi materia digesta. Tertia regula est q̄ clysteria nullomō fienda sunt cibo existēte in stomacho adhuc indigesto qz attraheretur cibus indigest? ad intestina ꝛ ad epar. Quarta regula ē q̄ clysteria nō sunt nimis frequētāda ne natura debilitet. Quinta regula q̄ quādo exhibetur clystere ꝓpter renes: clysterisandus debet iacere supinus: et si ꝓpter intestina ecōuerso. Sexta regula q̄ nō debet fieri clystere in tēpore calido nec in hora calida: ſz debet eligi hora aliquantulū frigida. Septima regula q̄ non debet fieri balneū ante clystere ne in corpore fiat mot? agitatiuus. Octaua regula q̄ illi q̄ sunt suspecti de emorroydibus et similibus passionibus ani: non debent vti clisteribus. Nona regula si ꝺs timeret ne clistere retineatur poni debet in circuitu ani arena calefacta vel milium calefactum. Que autem sunt materie clisterior scitur ex libris simplicium. In q̄bus cōferunt enemata. Stomachorepletio nō est dandum enema.

Digitized by Google

Capitulum octauum de suppositoriis.

Suppositoria attrahũt a ptibus remotis.

Consequẽter dicemus de suppositoriis quibus sani interdum vtuntur. Sunt autem suppositoria quedam lenia non acuta: puta facta ex melle et succo mercurialis vel ex sapone gallico vel frusto caulis et similia. Et sunt alia his fortiora: vt suppositoria ex melle acuata cũ scamonea vel cũ euforbio vel cũ coloquintida et similibus. Prima quidẽ suppositoria ordinantur ad ventrem remolliendũ. Et secunda ordinant ad extrahendum materiam a remotis: et specialiter a partibus supioribus. Prima quidẽ suppositoria magis competunt in regimine sanitatis q̃ secunda.

Capitulum nonum de pessariis.

Pessaria ꝯfortant matricem.

De pessariis autem sciẽdum q̃ sicut se habent ad intestina suppositoria ⁊ clisteria sic pessaria ad matricẽ. Interdum autem fiunt pessaria ad menstrua prouocanda et ad matricẽ mundificandũ. Interdum ad restringendum menstrua. Interdum fiunt ad confortandum matricem et vt disponatur ad conceptum. Horũ autem pessariorum materia scitur ex libris particularibus. Et de isto memini me dixisse superius de regimine appropriato sexui femineo et in tractatu quẽ cõposui de regimine sterilitatis. In his etiã locis dictũ est de figura et quantitate pessariorũ et de modo imitendi pessaria. Et ideo hic pertranseo et huic operi finẽ impono cũ dei laude cuius nutu sermo recepit gratiam et doctrina perfectionem.

Tractatus de fleubothomia secundum arnaldum de villa noua.

De causis fleu.

Fleubothomia est icisio vene omẽs humores euacuans: vnde circa fleubothomiã possunt notari quattuor. Primum est de causis quare fleubothomia debet fieri. Secundũ est quod et que vene sunt de quibus facimus fleubothomiam. Tertiũ est in quibus casibus et de qua vena cõuenit fleubothomia. Quartũ est quot et que sunt que debent cõsiderari in fleubothomia. De primo sic proceditur. Unde dicimus q̃ fleubothomia nõ fit nisi quia humores peccant in q̃titate: aut in qualitate aut vtroq̃ modo vt dicit Auicena primo cañ. feñ. quarto capitulo de fleubothomia. Quantitate vt in synocha inflatiua: qualitate vt i causone: vtroq̃ modo: vt i causonide. Secundũ notabile est circa fleubothomiã de venis quot et que sunt de quibus facimus fleubothomiã: et dicit. Auicena primo canonis capitulo preallegato q̃ d̃ quãdoq̃ fleubothomia fit de vena: quãdoq̃ de arteria: tamẽ raro. vñ. xxxij. vene sunt de q̃b⁹ facim⁹ fleubothomiã. Prima est in medio frontis: due sunt in angulis oculorũ: alia est in sũmitate nasi due sunt sub lingua: due sunt i maxillis interius: et due sunt retro aures:

Digitized by Google

et ſic ſunt decem. In vtriuſq; brachij iuncturis ſunt quinq; vene: quarum prima ſcdm cardinalem eſt cephalica: ſecūda eſt mediana: tertia cardiaca quarta epatica: ⁊ quinta baſilica ⁊ cū ex vtroq; brachio habeam⁹ decē: ⁊ prius decē ſunt viginti. In manib⁹ ſunt quattuor. vna. ſ. inter auricularem et medicū ⁊ alia inter indicē ⁊ pollicē in qualibet manu. In coxis ſunt due vene in vtroq; pede tres vna. ſ. interius iuxta cauillā: alia exterius: alia in medio pedis: ⁊ ſic ſunt. xxxij. Tertiū notabile eſt in quib⁹ caſibus de qua vena competat fleubothomia. Vnde debes ſcire q fleubothomiā facim⁹ vnde vena q̄ eſt in medio frontis in dolore capitis antiq̄to ⁊ in freneſi cōfirmata. De venis q̄ ſunt in angulis oculoꝝ facim⁹ fleubothomiā ꝓpter rubozem oculoꝝ ⁊ in voluntariā lachrymarū effuſionē. De vena que eſt in ſummitate naſi in freneſi ⁊ ad clarificandū faciem: de venis que ſunt ſub lingua in ſquinātia: de venis q̄ ſunt in maxillis ꝓpter dolozē dentiū: de venis que ſunt retro aures in emigranea: de cephalica fit fleubothomia ꝓtra dolozem capitis: de mediana in paſſione ſtomachi et membroꝝ ſibi adiacentiū: de cardiaca in paſſione membroꝝ ſpiritualiū: de epatica in paſſione epatis: de baſilica in paſſione mēbroꝝ ſpiritualiū: de vena q̄ eſt inter auricularem et medicū in manu dextra fit fleubothomia q̄ timeꝫ de epatica paſſione: et de illa que eſt in ſiniſtrū que ſaluatella dicit in paſſione ſplenis: de alijs duab⁹ que ſunt inter indicē ⁊ pollicem fit fleubothomia in paſſione oculoꝝ: ⁊ licet de venis q̄ ſunt in angulis oculoꝝ magis competat tamē eſt nimis periculoſa: de venis que ſunt in cora fit fleubothomia in ſcabie de fleumate ſalſo: de baſilica interiori fit fleubothomia in paſſione matricis ⁊ membroꝝ genitaliū: de ſophena exteriori in paſſione renū: de vena que eſt media cōtra malum mozimum. Quartum notabile eſt de his que debēt ꝓſiderari circa fleubothomiā: ⁊ in fleubothomia debēt quattuoꝝ ꝓſiderari: ſcilicet virtus: etas: tempus: et cōſuetudo. Virtus nā ſi virt⁹ eſt debilis nō debet fleubothomari: nam in fleubothomia ſi ſit nimia ꝓditio caloris naturalis ⁊ ſpiritū: ⁊ tūc virtus magis debilitaꝫ. Etas debet cōſiderari: nam que ſunt in etate puerili ⁊ in etate ſenectutis cōſtituti nō debēt fleubothomari exceptis quibuſdam carnoſis ſenibus multū abūdantib⁹ in ſanguine ⁊ caloze naturali et ſpiritib⁹. Mediꝰ autē hoꝝ fleubothomari debēt decimoquarto āno vſq; ad ſexageſimū. Tempus debet cōſiderari: nam in tpe nimis calido vt in diebus canicularib⁹ nō debet fieri fleubothomia: qz tpe diſpoſito i nimia caliditate ſit magna deperditio in caloze naturali ⁊ ſpiritu quare patiēs poſſet incurrere periculū. Item in tpe frigidiſſimo nō debet fieri fleubothomia: qz tūc humozes ſunt cōpacti ⁊ cōglobati: ⁊ rōne huius cōpactionis ⁊ ꝓglobationis per fleubothomiā nō poſſet fieri expeditio liberalis. Preterea notandū eſt q ſcdm diuerſitatē tempoꝝ fleubothomiā fieri diuerſimode precipim⁹. Vere nāq; in eſtate a parte dextra fleubothomiā dicimus optimā: qz iſtis tēpozib⁹ magis humozes multiplicātur ⁊ abūdant maxime in parte dextra: autūno: ⁊ hyeme humozes frigidi potius dominātur: ⁊ hoc in parte ſiniſtra ⁊ iō a pte illa in iſtis tpibus fleubothomiā fieri iudicamus. Vnde verſus. Eſtas ver dextras autūnus hyemſq; ſiniſtras. Item ſciendum eſt q quattuoꝝ quadre ſunt in luna. Prima eſt calida ⁊ humida ⁊ cōparatur ſanguini: ⁊ in iſta fleubothomantur ſanguinei et terminatur in die ſeptimo. Et ſecunda eſt calida et ſicca: et termi-

Virt⁹ cōſiderāda.

natur in die decimaquarta: ⁊ comparat colericis: ⁊ in ista fleubothomãtur colerici. Tertia est frigida et sicca: et comparatur melancolicis ⁊ terminatur in die vicesimaprima. Quarta est frigida et humida: et comparatur fleumaticis: et in ista fleubothomantur fleumatici et terminatur in die vicesimaoctaua. Hec autem omnia intelligi debent quantum est de tempore electionis. Adhuc est aliud tempus fleubothomãdi: et est tempus necessitatis: et in isto tempore non considerantur particularia: nam necessitate cogente seu vigente ⁊ virtute existente fortis in omni tẽpore anni: et in omni quadra: et in omni hora et die licitum est facere fleubothomiam. Item consuetudo debet attendi circa fleubothomiam: nam si q̃s vsq; ad tempus senectutis absq; fleubothomia permanserit postmodum nõ sine periculo fleubothomus adhibetur. Nota q̃ septem sunt planete quibus inferiora generabilia et corruptibilia reguntur et ordinantur. Primus ⁊ altior est saturnus: secũdus iuppiter: tertiꝰ mars: quartꝰ sol: quintus venus: sextus mercuriꝰ: et septimꝰ est luna. Saturnus est planeta frigidus ⁊ siccus effectissime inimicus vite: nam mors frigida ⁊ sicca est velociter inducta. Iuppiter est calidus ⁊ humidus effectissime ⁊ ẽ amor vite: quia vita stat per calidum et humidum. Mars autem calidus ⁊ siccus effectissime sic et sol. Venꝰ est calidus ⁊ humidus effectissime. Mercurius est frigidus et siccus ⁊ scõm aliquos temperatus. Luna est frigida et humida. Nota autem q̃ si quis sibi minuat in die sabbati ⁊ in mane cum mercurius dominetur in illa hora errat: si vero hora secunda illius diei sibi minuat nõ errat: quia in illa dominatur iuppiter amicus vite: et sicut dico de istis planetis: ita intelligendum est de omnibus aliis ꝓportionabiliter scõm virtutem et rigorem artis. Sed quãq̃ ita fit in medicina non curamus obseruare nisi cursum lune solum cuius ratio hec est: qz luna propinquior est nobis quam aliquis alius planeta ⁊ eius influentia manifestior est et sensibilior. Propter enim influentiam lune fluit mare et refluit et crescente luna crescit omne humidum: et decrescente decrescit: et quia medicus est sensibilis artifex: maxime propter illam partem que dicitur practica: ideo considerat cursum lune pre ceteris de qua lũa tales dantur regule. Luna existẽte in coniũctione nullomodo fiat fleubothomia sic nec existente plena. Ratio prime regule talis est: q̃ quãdo luna est in cõiunctione tunc nõ habet aliud de ea: ⁊ tunc est minus de humido in corpore viuente quam alia hora: ⁊ si tunc aliquis sibi minueret minueret sibi humidum et fieret exsiccatio cum ex duplici parte minueret humiditas: sed si forte sit magna necessitas fiat scarificatio in tibijs: nã sanguis tibiarum est grossus et feculentus: vnde nõ est magnũ periculũ in tali diminutione. Vnde accidit parisius nostris temporibus q̃ quidã medicus habeat quẽdam militem in cura et fecit ipsum minui luna existente in coniunctione et statim arripuit ipm fluxus tam vehemens q̃ in triduo expirauit: quia eius retentiua fuit adeo debilitata propter defectum humidi naturalis q̃ humidum cibale non poterat in eius corpore remanere. Ratio secunde regule hec est quando enim luna est plena tũc est in corpore viuente plus de humiditate q̃ in alia hora vel etate: ⁊ tunc si quis sibi minueret exiret humiditas magno impetu: et exiret nimis de bono sanguine: sicut enim vides de dolio pleno q̃ exit vinum magno impetu: ita exiret tunc temporis sanguis: et tunc non posset natura regula-

Digitized by Google

re euacuationem vt deceret: natura enim intendit bonum sanguinem retinere et prauum eiicere: sed tunc prauus sanguis et bon⁹ sunt commixti quare non potest vnū euacuari sine alio. Et consimilis ratio est ne q̄s minuat de vena brachij vel etiam de alia post prandium: quia tunc sanguis plus mixtus est prauus cum bono q̄ ante prandium: et ita exiret bonus sicut prauus. Nunc ad maiorem certitudinem sciendum est q̄ duodecim sunt partes in celo stellato quas duodecim partes duodecim signa appellam⁹: ꝛ q̄uis quodlibet eoꝝ sit primū et quodlibet vltimū: tamē oēs mechanice operationes incipiunt ab illo signo quod dicitur aries. Sunt autem predicta signa hec. Aries: taurus: gemini: cancer: leo: virgo. et illa sed dominantur alijs et dicūtur signa septentrionalia. Et in istis luna est magis obseruanda: quia in istis luna est toti terre habitabili propinquior. Alia vero sex signa dicuntur meridionalia: ꝛ sunt hec. libra: scorpius: sagittarius: capricornus: aquarius: pisces. Nunc sciendū q̄ luna habet speciale dominium supra caput quando est in ariete: et tunc aliquis nullomodo est minuendus in capite: quia luna tantam frigiditatē infligeret supra incisionē ꝛ fugatur calor ꝛ spūs naturalis adeo q̄ possit esse mortificatio de facili: et est semp periculū in negocio: etiam ſagax medicus semper debet expectare vel tardare incisionē capitis donec luna exiuerit arietem manet enim luna in quolibet signo per duos dies cū dimidio et paulo plus: sed de illo plus ad presens non est curandū: q̄ nō facit errorem sensibilē. Luna existente in tauro habet speciale dominiū supra collum et tunc nullomodo faciēda est minutio de collo ratione p̄dicta q̄ dictū est de capite. Luna vero existēte in geminis dñatur in brachijs et tunc: ꝛ cetera. Luna ☋o existēte in cancro dñatur pectori ꝛ tūc: ꝛ cetera. Luna existēte in leone dñatur vētri ꝛ tūc: ꝛ cetera. Luna existēte in libra dñatur renib⁹ dorso ꝛ pudibūdis ꝛ pectini ꝛ tūc: ꝛ cetera. Luna existēte in scorpione dñatur ī crurib⁹ ꝛ tūc: ꝛ ceſa. Luna existēte in sagittario dominat genib⁹: ꝛ cetera. Luna existēte in capricorno dñatur tibijs ꝛ tūc: et ceſa. Luna existēte in aquario dñatur sophenis id est canillis tibiarū vel collis pedū ꝛ tūc: ꝛ cetera. Luna existente in piſcibus dñatur plātis et tunc: ꝛ cetera. Notandū autem diligēter q̄ quando luna est in signis septentrionalibus tunc dominatur membris principalibus ꝛ magis vitā habentibus ꝛ tunc nobis propinquior quare tunc maxime est luna seruāda. Quando vero luna est in signis meridionalib⁹ tunc mēbris viliorib⁹ dominatur: ꝛ tūc est nobis remotior ꝛ sine dubio seruāda sed nō tantū ſicut in alijs. Item nota diligenter q̄ qui in aliqua duarum primarū regularum inciderit cum aliqua duodecima ſpecialiū regularum: tunc est magis pernicioſum et magis mortiferum. Unde credo q̄ luna existente in coniunctione et existente in ariete ſi quis vulneretur in capite non euaderet mortem etiam de paruo vulnere: et adhuc periculoſius est luna existēte in ariete ꝛ plena ꝛ ſic de alijs ꝓportionaliter intelligendo. Uſi homines fatui qui neſciunt cauſam mirant aliquando vehemēter quādo aliquis morit repente recepto paruo vulnere. Luna vero viceſima ſeptima: viceſima octaua: viceſima nona: triceſima est timenda: q̄ aut est in cō iunctione: aut circa cōiunctionē. Luna vero quattuordecima semp est plena. Unde tredecima quattuordecima quindecima etiam ſexta decima est timēda ꝛ ſcōm aliquos duodecima: q̄ est ꝓpe lumē plenū. Regula de lu.

Digitized by Google

na quo ad signa breuis: et vtilis: sed debes scire ꝙ sol moratur ĩ quolibet signo triginta diebus et paulo plus ꝙ non facit errorẽ. Et debes scire ꝙ sol ingreditur signũ arietis in medio martij residet in eo vsq; ad mediũ mensis aprilis et sic de alijs: scito et cognito in quo signo est sol si vis scire in quo signo est luna: hec est regula habeas kalendariũ ⁊ cõputa quot dieꝝ est lũa: et adde duos dies et diuide totũ ꝑ quintũ et si habuerĩ vnũ quinariũ ꝑ duo signa distat luna a sole: si aũt habuerĩ duos q̃narios ꝑ q̃tuor signa intellige distãtiã ita ꝙ lunã intelligo ꝓcedere versus orientẽ Per regulã ergo tu scis in quo signo est sol: ⁊ ꝑ istã regulã scis in quo signo est luna. Verbigratia si ita sit ꝙ sol sit in principio arietis et luna sit quinta ipsa erit in pricipio geminorũ: et sic de alijs signis. Nota ꝙ sophene pedum et alie parue vene cõsequẽter fleubothomãtur in vespe et post comestionẽ et causa est: quia tũc magis apparẽt: tũ ꝓpter motũ factũ de die: tũ etiã rõne comestiõis magis sunt iflate vene ⁊ magis appẽtes: etiã qꝛ grossi hũores mouẽtur ꝟsus noctẽ. Alia causa est scd̃z aliquos: qꝛ ꝟt⁹ magis debilitatur ex fleubothomia istarũ paruarũ venarũ qui ex fleubothomia venarũ brachij propter maiorẽ diuersionẽ caloris et spirituum modo virt⁹ est fortior post cibũ quare et cetera. Si vena brachij nõ possit inueniri accipitur fermentũ bene acre et desuper emplastretur in nocte et in mane apparebit vena ⁊ cetera. Sanguineis fleubothomia in terreis signis magis expedit. Colericus in signis aquaticis. Fleumaticis in signis igneis. Melancolicis aũt in aeris signis.

Nota de signis.

Nota

Era que pigra appellatur sic fit. Reci. pulueris. ro. rube spice masticis xilobalsami carpobalsami cynamomi cassieligne assari omniũ ana. drag. v. aloes drag. lxxx. teratur aloes perse et cribelleꝫ ⁊ post cribellationẽ misceaꝫ cũ puluere cribellato aliarũ rerũ et cõficiãtur cũ melle despumato valet in dolore capitis ex frigida causa ⁊ calida et cõposita: et remouet in fastidiũ a stomacho: et ip̃m in oĩbus opationibus suis cõfortat soluit colerã et fleuma et oẽm materiã quam inuenit in stomacho et intestinis: et vermes interficit et eos educit mortuos et viuos: datur cũ aqua calida decoctiõis lactucarũ vel rosarũ vel violarũ aut cũ aqua calida in frigida causa. Dosis eius est ab vno aur̃. ad. ʒ. ij.

Quando aliquis vult cõponere medicinã laxatiuã ex simplicib⁹ medicinis laxatiuis: sumat de vnaquaq; quãtum sufficit vni dosi ad purgationẽ postea si totũ fuerit cõpositum ex quattuor medicinis accipias quartã totius et si ex quita q̃ntã et sic in alijs numeris (verbigr̃a) si fuerit medicina laxa. scamonea: loe agrico et colloquĩtida: sumemus ex aloe. ʒ. iij. et ex colloquin. scrup. .i. et ß. ex scamonea. scrup. ß. et agarico. ʒ. i. et scrup. i. et habebimus in summa ex omibus collectis simul. ʒ. iiij. et scrup. iij. et totius quarta erit .ʒ. i. et quarta vnius. ʒ. et hoc sufficit vni dosi de hoc composito ex. v. medicinis sumes quintã partẽ totius. v. Reci. turbith. ʒ. i. Aloes. ʒ. iij. agarici. ʒ. i. et scrup. i. colloquin. scrup. i. ⁊ ß. scamonee. scrup. ß. collectis medicinis simul fit summa de omnibus ꝙ erit totum cõpositum. ʒ. v. et scrup. iij. cuius quinta erit. ʒ. i. et quinta vnius. ʒ. et hec quantitas de hoc cõposito sufficit vni dosi in homine vno.

Digitized by Google

Generalis regula de rob quomodo fit est nominis expositio quid hic dicatur per rob: vbicūq; experietur in sciētia itelligas siccū vel humidū actuale exp̄essum a re post cōcussionē rei et decoctū vsq; ad rei spissitudinem vel quasi vsq; ad syrupizationem: et specialiter quando decoquitur et inspissatur absq; adiuncto fit: et potest fieri ex qualibet re: hoc modo recipiatur res viridis et digesta siue semi digestionis et perfecte contundi tur et exprimitur eius succus cuz cocleari vel manibus aut alio modo et colatur illud quod exprimitur a re: et ponitur tunc ad ignem ꝛ bulliatur donec eius medietas sit consumpta aut donec eius due medietates consumpte fuerint et despumatur et reseruatur et hoc erit rob cuiuslibet rei et erit illius nature secundū q̄ est res ex qua deriuatū fuit: et est p̄eter hoc nobiliozis operationis q̄ res ipse secundum quod ipsum si nō fuerit decoctum.

Pillule cocchie q̄ valent ad omnē dolozem capitis et spāliter qui sit ex materia fleumatica frigida ꝛ cōposita et propter hoc remouent catharrū et valent in epilis obtalmie et omnibus egritudinibus auriū oculozum: et omniū in interiozum sensibiliū sic fiunt. Rec. pul. pigre. ʒ. x. colloquin. ʒ. iiij. ꝛ tertiā sca monee. ʒ. ij. ℈. ꝛ turbith fticados. añ. ʒ. vi. fiāt pillule ad modū cicerū grosi cum succo ruthe vel apij. Dosis earum est. ʒ. i. et. ℈. vel. ʒ. i. sola.

Gargarismus qui mūdificat caput et deponit fleuma. Rec. piretri piperis. añ. ʒ. ij. sinap̄. ʒ. v. granozū granati acetosi. ʒ. iiij. terantur et conficiantur cū melle et fiat gargarismus cum aqua calida. Aliud ad idem. Rec. sinapis sausuſi. añ. ʒ. ij. aceti mellis quantū necesse est misceantur et administrentur. Gargarismus ad paralisim torturam et grauitatem lingue. Rec. sinap. oziganni. ʒ ʒ. pipis al. pipis lon. pipis nigri piretri oim añ. ʒ. ℈. baurach. ʒ. iiij. ysopi succi radicis lilij celestis radicis capparſ stafisagrie. añ. ʒ. iij. granoz granati torrefactoz sansucci sicci. añ. ʒ. viij. terant ꝛ cōficiant cum melle et dissoluentur cum secaniabin mixto cum aqua et gargarisetur cum eo. gargarismi fiunt contra squinantam ꝛ dolozem in gutture: primo in principio cum succo mozozum immaturozum et succo corticum immaturozum nucum et succo berberum et vino de granatis ꝛ similium cum aqua calida repercutiunt enim materiam a loco et confortant locum ne ampliꝰ materiam recipiat. Gargarismus qui fit in augmento confortat locū et dissoluit materiam squinantie. Dissoluatur medula cassieſis. cum aqua calida et misceatur cū succo solatri. Gargarismus qui mundificat ꝛ dissoluit omnem superfluitatem gutturis oris et gingiuarum et loca ista omia confortat. Sumatur oximellis squillitici vel eius acetum et dissoluatur cum aqua calida: vel aqua decocctionis ysopi quod melius est. Gargarismus qui vocem clarificat et mundificat cannam pulmonis et gutturet totum caput et confert ad catharrum. Sumūtur ysopus yreros et liquiritia et crocus terantur perfecte et misceantur cum melle. ro. et aqua calida vel aqua decoctionis loquitur quod est melius.

Digitized by Google

Caputpurgiū appellatur oñe illud quo caput purgatur et ſpecialiter illud quod ponitur cum naſali vel quod ponitur in naſo aliquo modo vel ingegenio per quod purgat materia ventoſa vel humoroſa capitis. Scire hoc conuenit q caputpurgium vel naſcale non debet fieri niſi poſt purgatiões vniuerſales totius corporis. Caputpurgium quod valet ad ſodam antiquā ex ventoſitatibus: et fleumate: et cõferens ad dolorem oculorū et auriū tinnitū ex vẽtoſitatibus ſic fit. Reci. fellis tauri mirre muſci. añ. ſcrup. i. aloes. ſcrup. ß. terantur et fiant pillule vt lens et cum neceſſe fuerit diſſoluantur cum aqua calida: vel aqua decoctionis ſauine quod melius erit ⁊ imponantur cum naſcali. Aliud ad idem. Reci. caſtorei oppopo. croci galle adip. añ. ʒ. i. terantur ⁊ conficiẽt et fiant pillule et ſoluantur cum aqua et ponantur in naſo cum naſcali vel alio ingenio. Aliud quod abſcindit deſcenſum lachrymarū ab oculis et valet ad ſodam frigidam et ventoſam ſic fit. Reci. fellis. adip. et fellis tauri ſicle ſucci anta. ʒ. ß. miſceantur et fiat caputpurgiū ex eis. Caputpurgiū quod valet ad emigraneā antiquā que fit ex fleumate et ventoſitatibus groſſis ſic fit. Reci. oppopo. fellis lucij vel alteri⁹ piſcis. añ. ʒ. ij. lentiū amararum. ʒ. vi. ſerapini origani. añ. ʒ. i. terantur et cribrentur et fiant pillule et ſoluantur ex eis. ij. grana ordei cũ oleo de amigdalis dulcibus et oleo de auellanis et oleo de ſe. cucurbite et fiat ex eis caputpurgium in capite omni menſ. in principio. Caputpurgium ad ſodam ex caliditate ſic fit. Reci. ſpodij. ʒ. ij. opi. grana. ij. croci. ʒ. ß. terantur ⁊ conficiantur cum oleo de nenufare vel oleo violato cum lacte mulieris puellam lactantis. Aliud ad idem. Reci. amuli zuccari añ. ʒ. ij. opij. ʒ. iiij. ſpodij. ʒ. gra. ß. i. croci. ʒ. ß. fiant pillule et diſſoluantur cum aqua frigida. Caputpurgium quod valet ad furfures capitis ſic fit. Reci. camphore croci añ. ʒ. ij. ſpodij tria grana ordei terantur et cõficiantur cum albumine ouj fiant pillule et diſſoluantur cum pondere trium granorum ordei aque fluuialis aut cum lacte mulieris et oleo violato et ponatur in naſo. Caputpurgium mirabile noſtrum quod fecimus conferens ad debilitatẽ viſus ⁊ tenebroſitatẽ et pannū et lachrimas ſic fit. Reci. ſucci cicoree ſucci ruthe ſucci eupathorij ſucci celidonie et eufraſie fellis tauri: lucij ⁊ gruis miſceanẽ ⁊ fiat caputpurgium bis vel ter in ebdomada: poſt purgationẽ factā omni ebdomada cum pillulis cochijs. Aliud. Reci. Salamã. i. radix eius. maſticis. pireri. turbit. ȝȝ. añ. tere, et miſcere. et pone in paruo ſaculo lineo: inter dentes et maſtica. et fleuma deſcendet: poteſt hoc fieri ſine purgatione precedente: de mane tamen et ante comeſtionem. Aliud fit de iure maiorane abſtracto per nares ad cerebrum.

ad furfures
capitis.

ad viſum

Incipit aſtronomia Hypocratis de infirmitatibus.

Digitized by Google

Dixit hypocras qui fuit medicus et magister optimus. Quinsmodi medicus est qui astronomiã ignorat. Nullus homo debet tõmittere se in manus alius qui non est medicus perfectus. Cognoui qr opus erat sciendi astronomia aspexi libros hypocratis et inueni librum hunc paruũ sed optimũ. Dicit hypocras q medicus primo aspiciet lunã quãdo est plena luminis quia tunc crescit sanguis et medulla in oñi homine et medulla in bestijs omnibus: et augmentũ in mari et in cũctis mundanis rebus.

Quando infirmitas cadit in lecto. Opus est vbi dere si luna exeat tunc de combustione tunc eñ crescit infirmitas quousq; veniat ad oppositionis gradus: r quando fuerit in oppositiõe: aut si fuerit cum malo planeta aut in malo loco: r si aspexerit dominũ mortis per hoc potest scire vtrum debeat mori vel nõ si habuerit longam infirmitatẽ vel curtam. Hunc videamus causam signorum iuxta presentiam lune in eis.

Cum infirmitas cuiq; acciderit quando luna fuerit in ariete cum marte aut cum sole erit infirmitas in capite propter caliditatẽ solis et dolebunt ei pulsus capitis. Habet ergo febres calidas et non vadit caliditas ab eo patiẽ quoq; anxietatẽ et vix loquitur. In pectore quoq; nimiũ calorẽ patitur et dolorẽ in pulmone: et habet vehementissimũ pulsum. Necesse est eni ei minuere de vena cordis sanguinẽ et vti rebus frigidis in potu et cibo minuentib⁹ calorem et habet infirmitas seuire in frenesim. Et quando cum ea fuerit mars aut saturnus morietur ex hac infirmitate infra. vij. dies die quo luna fuerit cũ sole per quartum aspectũ vel plus: hoc est si luna addat suo lumine. Si luna fuerit in ariete et infortunã aspexerit i quadrato: aut oppositione et si fuerit illa infortuna saturnus erit ifirmitas i capite: r etiã ista ifirmitas ducet eũ extra mentẽ et faciet insanũ: et nũc crescit et nunc minuitur et est simul qui videre non potest. Si non ab astronomia nescis non poteris scire eius infirmitatẽ. Et si fuerit luna in diminutione lumis aut graduũ quãdo reuertitur ad primũ aspectũ saturni. i. quãdo eũ dimisit et per aliũ aspectũ eã aspexerit: termiatur infirmitas siue in bono siue in malo: q si aspexerit infortunã morietur: et si nõ aspexerit meliorabit. Et quãdo luna dimiserit illos aspectus de q̃bus diximus q deberet terminari: et inuenit iouẽ vel venerẽ per aliquã aspectũ anteq; veniat ad cõbustionem super eum stabit infirmitas donec luna veniat in aspectũ: aut in oppositione solis: et sic illos nõ inuenerit et inuenerit mercuriũ morietur: et si inuenerit martem meliorabitur: et hec infirmitas erit de aliquo fleumate albo. Et quando infirmus presentit infirmitatem et fuerit luna addens in suo lumine: et gradibus: et mars et sol in ariete erit infirmitas in capite et in rosan: et nascitur ei apostema in capite de fleumate albo: et exiet ei sanguis de naribus et oportet eum vti frigidum et opus est ei medicina vnde apostema moriatur: et si fuerit luna cum mercurio in loco solis euadet infirmus: sed primum habebit magnum periculum. Ideo mercurius concordat cum marte in vno negocio: sed mars non facit sic cũ saturno: r moritur quãdo saturnus fuerit in loco solis: sed si fue

Digitized by Google

rit ipse iupiter cū eo ibidē: vel mercurius aut venus habebit egritudinē diuersam si aspexerit eam mars vel saturnus aliquo aspectu opus ē illi vt det ei medicinā leuem quandoq; sedet: quandoq; se volutat. Pone sedem eius in loco alto et vt possit videre per totum et balneo vtatur: ⁊ sedeat plane: et dormire fac eum plane: ⁊ da ei aquam frigidā: ⁊ da ei māducare quod vis. Quia quando sic est aspectus non est opus ei dare medicinam iuxta phisicam vel sicut placet. Et quando aspicit eam mars ex opposito vel quadrato illa infirmitas est ex sanguine ⁊ sentit caliditatē et siccitatem ⁊ volet in nocte et non potest dormire ⁊ habet voluntatem bibendi vinum aut res actu frigidas et est ei necessariū minuere sanguinem: ⁊ dare medicinam que eum reddat frigidum ⁊ humidum. Et si fuerit in isto saturnus cum luna venerit ad eum et non inuenerit fortunā morietur vsq; ad dies nouem a die quo ipsum primo cepit infirmitas si fuerit addens in suo lumine et gradibus et aspexerit eam mars ex septimo vel quarto ⁊ luna venerit ad saturnum ⁊ mercurius cum ea erit hec infirmitas ex frigiditate aut sicumate: ⁊ erit totus fractus et diruptus ⁊ vix pauca loqui poterit: et stomachus erit ei indurat⁹ ⁊ non poterit digerere calebit interius. Medicina laxatiua erit ei necessaria quia illa infirmitas est de colera alba. Aspice lunā quādo veniet ad oppositū loci in quo fuerit et cum ibi erit habebit magnū periculum ⁊ laborē ⁊ morit̄ si nō inueneris cū luna aliquam fortunā in vno signo: ⁊ si inueneris cū ea fortunam quoaduscq; ad viginti octo dies euadet.

¶Si luna fuerit in tauro.iii.

SEd cum aduenerit infirmitas ⁊ luna est i tauro ⁊ mars ⁊ sol ibi cū ea habebit hāc infirmitatē in nocte in pectore et lingua erit sibi cōbusta ⁊ habebit magnū calorē in oculis in ore: vadit raro ad sellā ⁊ balbutit ⁊ habet febrem ex sanguine ⁊ nimiā sitim patitur: opus est ei medicina laxatiua ⁊ sanguis minutio. Manducet quicquid velit: ⁊ bibat de frigido caueat de calido. Et aspice quando luna fuerit in trino aspectu ad solem: si diminuitur infirmitas viuet: si crescit morit̄ quando luna erit in opposito solis: sed si inuenerit iouem vel venerem non morit̄.

¶Si luna fuerit in geminis.iiii.

SI luna fuerit in geminis quando accidit infirmitas vel aspexerit eam mars vel saturnus ex opposito vel quarto est infirmitas de eo quod perdit somnum aut quia habuit aliquā tristiciam vel nimiam cogitationem de aliquo negocio dolebit totū corpus ⁊ durabit hec infirmitas centum diebus: postea habebit calorē in corde ⁊ cū iacet in nocte se multum extendit et dolebit epar et si non fuerit cum luna vna ex fortunis morit̄ vsq; ad dies.xxx. Cū autē fuerit luna in geminis addēs in suo lumine ⁊ gradibus ⁊ mars aspexerit eā ex.iiij.vel.vij. erit hec infirmitas ex colera rubea ⁊ febres hȝ ⁊ pulsus est ei vehemēs minuat ⁊ frigidū vtat. Si autē saturnus fuerit in illo aspectu ⁊ nulla fuerit fortuna morit̄ qñ lūa venerit ad oppositum ab illo in q̄ erat quādo cepit infirmitas: sed si aliqua fortuna eā aspexerit euadet: hȝ magnū periculum habebit. Si fuerit luna in geminis erit hec

infirmitas ex humiditate Et si saturnus cũ ea fuerit in capitis parte tunc caue ne minuat. Et non vtat̃ humidis nec frigidis sed tẽperatis. Aspice quãdo luna venerit in oppositiõe solis si iuenerit aliquã fortunã inspiciẽtem eã bono aspectu viuet alioquin moritur. Si vero sit in geminis luna et aspexerit eã aliqua fortuna ex vno aspectu viuet et mutat̃ hec infirmitas in aliã: sed quãdo dimisit eã fortuna et non inuenerit aliquã quousq; venerit in oppositũ loci in quo erat nõ poterit scire medicus quã infirmitatem habebit: sed tũc euadet quando luna fuerit in oppositione p̃dicta. Si aũt luna fuerit in geminis et cũ ea fuerit sol et mars erit hec infirmitas magna: et vnus ei lachrimabit̃ oculus venietq; in frenesim: et magn⁹ est ei timor et timet multũ et apparet ante ip̃m diuerse figure et pulsus in eo nõ inuenitur et pulsus capitis dolet. Caue ne minuat et leuis cibus ei detur et fac eũ iacere in loco tẽperato. Aspice ergo quando luna venerit ad aspectũ quartũ primi loci quia tũc moritur. Sed quãdo fuerit cũ sole et marte et aspexerit eã fortuna ex bono aspectu ⁊ luna est addẽs lumini et gradibus euadet cũ luna venerit ad quartũ aspectũ in quo fuerit primũ. Vide ne des ei potionẽ sed vtat̃ leui cibo et in alto sedeat.

¶ Si luna fuerit in cancro. v.

ad cōplexionē illorum qui habēt humores venenosos. Si vero dicat ali quis ꝙ qꝛ corpus hoīs nō patitur ab opatione venenosoꝝ: nec ei nocent: nō est hoc dicendū est simile.i.non conuenit rōne similitudinis ꝙ̄ habeat cū venenis: sed hoc cōuenit qꝛ virtute medicine liberātis a veneno corpꝰ hoīs est effectū ex toto ꝯriū veneno: adeo ꝙ veneno resistit taliter ꝙ venenum in ipm̄ nō pōt: sed hoc est factū qm̄ cōplexio illius est in vltimo cōtraria cōplexioni medicinarū venenosarū et est fortior venenis: intantū ꝙ in ipo nō opabuntur ⁊ vincet homo venenū ita ꝙ nō vincit ab ipo. Ad hoc dicemꝰ ꝙ si sic est videt ꝙ corpus homīs redeat in hoc simile: certe verū est medicinis vincētibus venenū interiꝰ assumptis: nō autē exteriꝰ approximatis medicinis vincētibus venenū: et esset corpus mediū inter medicinas ⁊ venena: ⁊ videt ꝙ nō remaneret eiꝰ cōplexio in termino naturali si fieret simile medicinis talibꝰ exterius approximatis: ⁊ ille q̄ ꝑmutatur a termino naturali: ea ꝑmutatione quam diximus: possibile est vt corrūpatur: et hec corruptio erit egritudo ꝓculdubio. Et si reperiat non eius cōplexio redeat scd̄m modū quem diximꝰ erit simile ei.s.veneno. Quidā dicūt ꝙ fuerūt vsi tantū ꝙ cōuertebatur eis in nutrimentū: ⁊ hec est res que egredit viam nature: ⁊ de cōsuetudine quidē artis medicine nō est vt res exerceat in corporibꝰ naturalibus: que egrediūtur viā naturalē: ⁊ corpora q̄bus nō confert scd̄m plurimū in regimine sanitatis vsus tyriace: sed egrotare facit illa nō iuuātur: etiam per illam in curatione egritudinis: si egritudines ille essent debiles ex his nō similibꝰ venenis. Inquit Auerroys hoc est qd̄ dicemꝰ in hac re: ⁊ ego quidē iam p̄cepi socijs meis famosis in arte medicine: q̄ curabāt filios regis vt ꝓhiberent eis vti tyriaca in regimīe sanitatis: ⁊ nō vterētur ea cōtinuo. Et qꝛ nō ꝯsiderauerunt.s.vsus tyriace dānificauit multū eos: qꝛ ꝯtinuare vsus tyriace nō est credo bonū in cōseruatione sanitatis corporis cuius cōplexio est sicut cōplexio q̄ est temperata scd̄m plurimū in hoībus: et si sic est nec meliori cōplexioni ꝙ̄ medici considerāt que reperitur raro vt dicūt: sed sunt eā cōmemorati vt sit eis sicut statera ponderanti ꝙ qn̄q; ex corporibꝰ ab eq̄litate lapsis fuerit: sicut etiā nō inuenimꝰ cōplexionē in qua generātur egritudines similes venenis nisi parū. Et si sic est totū quod dictum est oportet vt nō vtatur tyriaca in ꝯseruatione sanitatis que est tēperata in pluribus hominū: et maxime in illis q̄ sunt ex eis sunt iuuenes Ista enim sanitas que scd̄m plurimū est reperta in hominibus: dignū est vt dicatur naturalis: quia res naturalis est in ea secundū plurimū vel secundū maiorem victoriā. Sanitas autē que est in fine perfectionis: et nō est inuenta nisi parum: sicut etiam sanitas que est in fine melancolie non est reperta nisi parum. Et hec sunt due extremitates que sibi inuicē sunt cōtrarie: et id quod inter eas est manifestum ꝙ est inuentum scd̄m plurimū: et si sic est hec erat illa species sanitatis ad cuius conseruationē facte sunt medicine q̄ ab egritudine defendūt futura. Ad cuiꝰ etiam egritudinis curationē facte sunt medicine q̄ curāt egritudies q̄ scd̄m plurimū reperiūtur in his tp̄ibus: quoniā medicine quibus curamus istas egritudines sunt genus aliarum medicinarum a medicinis quibus curantur venena. Medine enim quibus curamus venena sunt medie inter medicinas et venena: et radix est vt non vtatur medicus in curationibus egritudinum medicinis cū quibꝰ curātur venena: et hec duo gn̄a medicinaꝝ sunt

in homine et natura diuersa. Sed quoniã egritudies que exeunt naturã aliarũ egritudinum sunt similes venenis: ⁊ similantur etiã medicinis que curãt venena sui opatione operi medicinax que curãt egritudines ideoq; tyriaca est cõpositã ex duabus medicinarũ speciebus: et generatur in ea cõplexio media inter medicinas que curant egritudies et iter medicinas q̃ sunt medie iter medicinas et venena: et ꝓpter hoc possibile est vt curet egritudines aliquas ex egritudinibus alijs ab his q̃ similantur venenis illas eñ iuuãt vel id quod est minus eis parũ: et melius in eo qꝫ dixim⁹ est vt ꝓpinentur medicine curãtes egritudinem egritudinibus tantum: cum propinari debent curando corpus: et medicine curantes venena venenis tantũ: sed quoniã tyriaca est cõpositã ex duabus speciebus: resultat hec medicina aggregata et approbata in egritudinibus et venenis: sed nõ oibus egritudinibus gñaliter: sed tantũ vel illis duabus specieb⁹ supradictis vel eis q̃ sunt eis ꝓxime. Sed qñ distinguere has duas species egritudinũ quandoq; est difficile medico: ideo necessariũ est vt bene ꝓuideat medicus dando tyriacã in curatiõe egritudinũ: ⁊ ꝓpterea studeant medici in mensura potus tyriaca pluſq; in alijs medicinis cõpositis: quoniã in tyriaca sunt medicine curantes venena: et si vtanť eis in egritudinibus necessariũ est vt faciant hoc cũ cautela magis: et ideo in egritudinibus sit minus de potus eius: q̃ sit potus cõtra venena: et diuersificent potum tyriace in venenis secundũ fortitudinẽ veneni et eius debilitatem: et similitudo que est inter medicinas que curant venena et medicinas q̃ curãt egritudines quas iã diximus: est q oẽs species opationũ quas efficiũt medicine in egritudinibus sunt eedem cum eis quas cõplẽt medicine ꝓprie venenis. i. curãtes venena: quoniã sicut quedã ex medicinis proprijs egritudinibus sunt q̃ curant egritudines suis qualitatibus id est caliditate frigiditate hũiditate ⁊ siccitate: quãdo egritudines fiũt ab illis et est vt quelibet curetur suo cõtrario. i. calidũ frigido et ecõuerso. Et similiter etiam sunt ex medicinis venenosorũ que operantur in eis suis qualitatibus ꝓprijs. Et sic sunt ex medicinis egritudinum quedam que curãt suis virtutibus scõis et tertijs: sicut dissoluẽdo aperiẽdo ⁊ lenidendo et faciendo totũ quod purgat mẽbra ab humoribus: et attrahit eos a corpore. i. a mẽbris nutritionis: et motus et sensus et mẽbris virtutũ cõmunũ inter alia: id est a mẽbris virtutis extimatiue potẽtie anime: similiter sunt ex medicinis venenosorum quedam que illud faciunt suis virtutibus secũdis et tertijs amplius sicut sunt ex medicinis egritudinũ: quedam que curãt eas per id quod sequitur in cõpositis mixtionẽ cõtrariax qualitatum et quod vocat Galienus totam speciem: similiter etiam sunt ex medicinis venenosorũ que faciunt illud a tota earum specie: si venenũ sit operans a tota specie: et hec venena sunt deteriora oibus alijs sicut egritudines que a tota earũ specie sunt mortifere sunt deteriores oibus alijs: intantum q̃ non inuenitur eis cura: nisi acciderit q̃ inueniretur medicina que curaret illam a tota specie: et si totum est sicut dictum est: quoniam tyriaca vnit in se duas species medicinarũ simul videtur michi q̃ curet venena curatione perfecta. curet etiam egritudines similes venenis: sed egritudinibus que non sunt huiusmodi plus nocet q̃ prosit: sicut nocent medicine fortes approximate in egritudinibus debilibus: et sic nocẽt etiam medicine curãtes in cõseruatione sanitatis: sed medicine

Digitized by Google

conseruantes in curatione egritudinū non imprimūt effectum de quo sit curandum: et iste medicine sunt cibus et medicine simul. Et ego quidem intellexi de antiquis medicis: q ipsi non curabant nisi cum cibis qui erāt cibus et medicina: et hoc erat quoniam homines temporis illius prohibebantur per leges et decreta eorum ab vsu malorum nutrimentorū: et a malis cogitationibus. ꝛ cogebantur exercitari a magistris ipsorum exercitio cōuenienti cōplexioni eorum cuiuscunq. Et secundum hoc videtur michi q tyriaca non erat eis necessaria nisi contra venenum: et forte si esset eis necessaria ad curationes egritudinū non sumebant de illa nisi modicum: quoniam Galienus et preter eū multi ex antiquis dicūt q plurime ex egritudinibus que accidunt tempore nostro. sunt non venenose sicut pleuresis: et apostema membrorū principalium vt cordis epatis et membrorū similium eis: et preter istas multe ex egritudinibus exeuntibus naturā aliarū exitu multo et que interficiunt subito. Et si totū est ita ille qui vtitur isto tempore tyriaca vel precipit alijs necesse est vt sit sapiens in fine sapientie perfecte. presertim cum voluerunt vti ea in curatione egritudinū vel in conseruatione sanitatis specialis: scilicet eius qui paratus est labi in egritudinem humorū similium venenis. Et hoc quod diximus sic intelligere possumus: q genus idem medicinarū curat egritudines aliquas. et preseruat copus ab eis: sed melius est vt dicam⁹ q egritudinem curātes sunt fortiores medicinis que preseruant. Oportet etiā vt sint medicine a medico scite ī fortitudine: et debilitate sua: vt sciat fortitudinem earum ꝛ debilitatem: secundum gradum tenoris egritudinis ad quam parati sunt labi: sicut oportet etiam medicum scire medicinas cū quibus curat secundum gradum egritudinis: in fortitudine et debilitate. Cunq sciuerunt totum hoc scilicet genus egritudinum: que fiūt ex humoribus: et que ex venenis: et genus medicinarū et compositionē cuiuslibet illarum. ꝛ essentiā tyriace ꝛ eius generationem ex duabus speciebus medicinarum. et propter quam causam a primordio fuit inuenta eius compositio. etiam que sit eius cōpositionis causa secunda. possibile erit ei vt sciat qua hora non vtetur. Et ego narrabo tibi nūc: vbi licitum sit ea vti et vbi non: et dicam illuc etiam q dixerunt de ea homines et quod experti sunt de ea: ꝛ quod verificatum est de natura eius in hac re: et eius operationibus in corporibus humanis. et dicam q cōsuetudo medicorum est diuidere egritudinem in simplicem et compositam. et iterum subdiuidunt simplicem in malam complexionem cum materia et in illam que est sine materia: et in illa que est sine materia non vtuntur tyriaca: siue sit calida siue sicca: et cū fuerit in fine violentie sue: sicut febris ethica. siue etiam sit egritudo vniuersalis vel propria vni membro. in mala aūt complexione cum materia vtuntur ea quando fuerit ex flegmate et melancolia existentibus in fine malicie: et non vtuntur ea in egritudinibus sanguineis: et colericis. nisi quando colera fuerit multum exiens naturalem terminum: et in ipsa est etiam multa cautella necessaria si cum ea sit febris non vtemur ea parum nec multum. si vero non est febris et fuerit colera eruginosa vel praxina ex quibus fit vomitus vel fluxus ventris fortes. In his etiam oportet vt sit cautella maior: et est quoniam cum colera sit calida non est licitum vti ea in peccato eius: sed quando hec species colere non recipit digestionem nec absolutionem a medicinis ei con

Digitized by Google

trariis:et tyriaca inualescit super ea et eius substantiam destruit et extrahit de corde:et ideo videtur q̄ in ea conferat si detur:et ordo vere curationis in hoc est vt aspiciat medicus ad duo mala:& q̄ fortius est id curet:quia fortius est periculum eorum deueniendū ad mortem subitaneā. In fluxu autem diuturno causato ab humoribus frigidis et humidis.videtur michi q̄ tyriaca sit conueniens ad curam:& iam dixerunt medici q̄ tyriaca curat fluxus ventris diuturnos. quorum causa ignoratur. et videtur michi q̄ hoc dixerunt quoniam sicut in tyriaca sunt ex medicinis venenorum:quorū causa ignoratur.sic etiam in ea sunt ex medicinis egritudinum:que similantur venenis.Ego tamē vidi diuturnum fluxum:qui erat ex colera et melancolia adustis. et preceperunt vti paucitate tyriace et mortuus est: et propter hoc secundum me laudabile est vt non vtatur aliqs tyriaca in fluxibus diuturnis:nisi in eis qui sunt de materijs frigidis ex membris frigidis. Si autem fuerit ex humoribus adustis equalitatem exeuntibus nō vtatur ea nisi exitus esset ad adustionem similem venenis.si vero fuerit adustio parua.tyriaca in eis adustionem augebit. Vtemur tamen ea in fluxibus et vomitibus in quibus timetur aduentus mortis:sicut in illis qui propter nimiā comestionē accidunt: et dicunt q̄ multum confert in hoc et dixerunt q̄ confert in fluxu diuturno et non dixerunt si fluxus sit ex humoribus colericis aut frigidis et hoc dictum sic esse non potest: et vtimur tyriaca in fluxu sanguinis narium et in stringendo fluxum sanguinis per anum vel ex menstruis.quando superfluit quoniam tyriaca confert multum : nam propter nam ingrossatur sanguis: propter illud quod est in ea de opio : et confortat virtutem continentem sanguinem in venis:propter id quod est in ea ex stipticis medicinis: quoniam ostensum est nobis et manifestum : quoniam sanguis naturaliter est in eis et Salienus dabat eam bibere ei qui expuebat ex pulmone: propter sanguinem accidentem ex vlceratione rerum acutarum descendentium a cerebro. Et eius quidē innamenta in hac egritudine sunt multa:et sunt ista quoniam sedat et tollit tussim eius qui habet eam propter opium qui est in ea: et desiccat vulnus ꝓpter medicinas desiccatiuas humiditatis accidentalis que est in ea et ꝓuocat somnū:et maxime quando est recens: et alphalonia secundum q̄ michi videtur est melius sanguini ex pulmone exeunti:et confert in aliqs membris a pulmone:quoniam est efficatius in congelatione sanguinis.et augmento somni et sedatione tussis.Et q̄ nobis iterum ostendit q̄ tyriaca curat fluxum sanguinis vndecūq; sit: est illud quod dixerunt q̄ tyriaca confert morsibus animalium ex quibus causatur fluxus sanguinis : similiter igitur prodest in consolidatione vulnerum pulmonis. Et dictum antiquorum est:q̄ tyriaca confert a principio etdice forte causate a pthisi et confert vulneri pulmonis a principio et in fine. et confert etiam omnibus egritudinibus neruorum. quia egritudines neruorum sunt ex humoribus frigidis : et curat apoplexiam et paralesim. et curat torturam faciei:et spasmum:et tremorem quando sunt ex materia que non est calida. Et quidam dixerunt medicorum q̄ alicui ex speciebus spasmi scilicet ei que est ex caloze nocet.videt michi q̄ si hoc accidat nō est nisi per viam accidentis.non per se quia scilicet in neruis fiat egritudo calida: et dixerunt q̄ confert venenis materiarum corrosiuarū super quas tempus est prolongatum.et videtur mi-

Digitized by Google

chi q̄ si sic est prodest quoniam ipsa incidit et frangit materiam illius ve
neni quod est in fine malicie: et quoniam desiccat vulnera que accidunt
post thenasmon. Caue ne des eam quando ipsa sunt ex colera et q̄ sint an
tiqua: quoniam quando sunt antiquiora vtuntur in eis medicinis fortio
bus ad mundificationem vlceris. Item quando intromittuntur trocisci
de arsenico et hec vlcera consumunt carnes: et maxime quando sunt in
membris que velociter recipiunt putrefactionem: et quando sunt in mē
bris calidis et humidis. et quando sunt in locis expulsionis: sicut in reni
bus et vesica. et dare tyriacā in principio est vtile valde: et hoc est mani
festum: et etiam in egritudinibus inficientibus cutem vt est serpigo im
petigo morphea alba et nigra et scabies et tyria ⁊ similibus illis: et dixe
runt vt vtatur tyriaca homo in ydropisi: et hoc incedit via rationis. si cū
ea non sit febris et si nō est ex causa calida. et dixerunt q̄ in hac egritudi
ne detur cum aceto. et hoc quidem est accidentale quoniam acetum ledit
epar: sed miscetur ipsum qua videtur q̄ acetum addat siccitatem et diu
reticitatem. melius tamen est vt hoc fiat in ydropisi que est causa sple
nis. vel possibile est vt detur acetum in duricie epatis que est propter y
dropisim: et postq̄ fecerit q̄ ydropisis diminuatur vel datur propter ag
gregationem medicinarum mollitiuarum que sunt in tyriaca ad dissol
uendum duriciem et acetum multum confert in hoc admixtum medici
nis mollitiuis. et possibile est q̄ hoc sit verificatum propter experien
tiam quoniam ratio non transcendit hoc nec debet hoc imutare dissolu
tionem: quoniam vtile est inquantum vult ratio. nec oportet tamen vti
ea donec videatur id per experientiam. Iste quidem sunt plures ex egri
tudinibus cum materia in quibus secundum plurimum confert tyriaca.
que sunt ex melancolia et flegmate: et illis ex eo quod est compositum
ex eis. Et vtimur etiam eam doloribus quoti causa est ventositas gros
sa naturam egrediens sicut ventositas colice supra. et non detur in co
lica cuius causa est sanguis vel colera vel apostema: et vniuersaliter nō
detur in aliquo dolore qui generatur ex apostematibus: quia apostema
ta que sunt cum dolore secundum plurimum sunt de genere apostematū
calidorum. Et da eam in dolore stomachi renum et vesice si cum eis non
est apostema nec expectetur post ipsum. Et dixerunt quidam q̄ detur ty
riaca in dolore elareris: sed non detur nisi postq̄ dolor fuerit prolonga
tus propter humorem ventosum vel sine febre. Et detur in potu indifi
cultate partus sicut medici narrauerunt et indiget cautela: quoniam
secundum plurimum interficit embrionem: et quando moritur fetus fit
difficultas pariendi maior et possibile est q̄ non conferat in difficultate
partus nisi difficultas partus sit ex debilitate virtutis expulsiue vel pro
pter mortem embrionis et quia tyriaca expellit sanguinem menstruo
rum expellit embrionem. In egritudinibus autem compositis que sunt
sicut apostema et de febribus duarum specierum dicit Halienus q̄ con
fert si fuerit quartana et post apparitionem digestionis sed ante dige
stionem facit crescere febrem et causa huius est quoniam humores post
eorum digestionem mouentur ad expulsionem secundum motum natu
re: quoniam natura illo tempore immutat humores corruptos: et si de
tur in principio mouentur immutatione violenta: et corrumpuntur et
expanduntur per corpus: et crescit inde febris / et causa huius est:

Digitized by Google

quoniam digestio naturalis completur in tempore determinato et scito. Et iam narrauit Halienus ondimio philosopho cūq; conuenerunt medici romani vt daretur ei tyriaca in ꝓncipio febris sue cuius causa erat melancolia excrescebat ex ea febris ⁊ conuenerunt ꝙ prodesset in febribus diuturnis in quorum paroxismorum principio accipit frigus et cōfert febri que accidit cum forti tremore: sed secundum sermonem Halieni impedit digestionem: quoniam fortitudo tremoris et frigoris non accidit secundum plurimum nisi ante digestionem nisi intelligam⁹ ꝙ digestio quā nominat Halienus sit tantum digestio in febre melencolie quādo iste humor non digeritur nisi tempore longo: et propter ista febris prolongat. Febres autem fleumatice naturaliter sunt minus longe ꝙ febres melencolie et recipiunt citiorem digestionem: et etiam tyriaca in his aliquam digestionem facit anteq; digerantur per seipsas: non tamen est debitum vti tyriaca in his egritudinibus nisi post timorem de morte egri et violētia istorum accidentium quoniam materie iste sunt similes venenis. In apostematibus autem calidis non datur nisi et maxime si cum eis est febris: sed in apostematibus duris prodest si datur in potu: similiter quando sunt in membris principalibus ⁊ eadem ratio est in melēcolis q̄ generata est ex humoribus grossis. Medici autem conuenerunt vt detur in potu in qualibet ex egritudinibus cum reconueniente ei sicut ꝓceperunt in dolore lateris cum decoctione assari: in dolore renum cum decoctione arimon id est grane: et hic est necessaria preuisio si detur cū decoctiōe grane vel non. In anno vero cuius aer est totus calidus dari ꝓhibetur quoniam multis accidunt apostemata. Et dicam nunc modum secundus quē potest tyriaca curare has egritudines: et generaliter quomodo curat eas quelibet scilicet alijs ex medicinis in anno tali et non dixerūt me dici in hoc causam sufficientem: illud autem ꝙ inuenitur in hoc dictū ex principijs naturalibus est ꝙ totum ꝙ speramus de medicinis in operationibus primis et secundis et tertijs. Et generaliter in hoc quod dictum est tota spes est propter operationem calozis innati existentis in corpore et totum est ex precepto dei: et hec virtus que digerit humores ⁊ expellit extra corpus est ex caloze naturali sed attribuitur medicis. quoniā quando medicine mutantur ad calorem naturalem sicut mutantur ligna ad ignem redditur in his duobus fortior calor sic et medicine: et hec virtus si non ex principio naturali: id est caloze naturali non ꝓferret illa medicina: sed medicina est illa que dat hanc virtutē calori naturali sicut inuenimus species eius ꝙ combustibile est ꝙ mutatur ad opera ignis: et hoc quidem est manifestum opificibus qui operantur cum bona combustibili specie. Et in hoc errauit Auicenna qui dicit ꝙ tyriaca confert calori naturali propter generalitatem virtutum que sunt in ipsa: et seruat sanitatem corporis: et adiuuat etiam virtutem calozis in curatione egritudinis sicut iuuat ipsum in curatione venenosorum propter generalitatē virtutum que sunt in eam. Et non est vt Auicenne videtur quoniam virtus calozis cum quo conseruatur sanitas corporis iuuatur in hoc tantus per vsum ciborum bonorum ex eis que comeduntur: et res que ipsum iuuant in curatione egritudinum que accidunt sunt medicine que adiuuant in quantum in eis est virtus propria contra illam egritudinē et res q̄ ipsum adiuuant cōtra venena sunt medicine q̄ dicte sunt cōtrarie venenis.

Digitized by Google

Tyriaca autē sicut diximus quia adiuuat calorē naturalem qui operatur in venena adiuuat etiā in curatione egritudinū que sunt similes venenis. Et propter hāc etiam eandem causam conseruat etiam sanitatem que est propinqua vel mutetur in egritudines duras: et in hoc etiam tyriaca est similis calori naturali quoniam ipsa inquantū sensibiliter et ad oculū est res vna sed si eam consideres inuenies in ea compositiones plures et similiter est esse calozis naturalis: quoniam cum eum inspexeris inuenies etiam ipsum vnum: sed cum eius operationes consideraueris inuenies eas plures. Et tyriaca quidem est iuuamenti in medicina in rebus determinate scitis et temporibus. Et postꝫ iam deuenimus ad hunc locum non remanet de eo aliquid de quo loqui volumus vel de quo nullus eorum quos nominauimus locutus est preter nos. Firmatur tamen hoc dictum meum ex dictis antiquorum: et hoc solo quis meretur laudem et honorem: et non solum ipsi qui iam preterierunt. Verum etiam qui ex hominibus futuri sunt necꝫ remansit hic loqui nisi in quantitate et mensura potus eius. Iste tamen mensure non sciuntur per rationem sed verificantur experimento sicut accidit in compositione tyriace et aliarum medicinarum mirabilium et nobilium quoniam iste sunt composite per rationem et post hoc omnes verificate sunt per experimēta: et propter hoc omnes medicine que composite sunt per rationem nisi prius verificentur per experimentum sunt dubie et diminute: et propter hoc res composite medicinarum quas daturi sunt alicui nobili experiantur prius in aliquo et post dent eam illi quoniam cum verificatum fuerit per rationem qꝫ bona est et post hoc approbata fuerit per experimentum qꝫ virtus eius est contra rem quam intendis id est dirigens ad finem quem queritur: tunc secure potest ea vti vbi voluerit. Illud autem quod cogit antiquos inquirere quantitatem potus tyriace est id quod cogit eos vt ponderarēt et mensurarent medicinas in quantitate: et qualitate: et dicunt hec medicina est in hoc gradu et hoc pondere computantur quoniam ipsi sciunt quia oportet qꝫ virtus medicinarum sit fortior egritudine vt operetur in corpore operationem similem operationi medicine magne et fortis virtutis id est facientis corpus egredi terminum naturalem: quoniam si sic esset illa curata generaretur alia. Propter hoc igitur oportet vt diuersificetur ꝑtitas in medicinis scōm diuersitatē virtutis patientis et complexionem regionem et etatē: et particulā patientem. si egritudo est particularis: et ꝑto medicina fortior est: tanto eius mutatiōes in corpore sunt fortiores: quoniam omnis medicina est contraria corpori sed confert sibi inquantum contrariatur egritudini que est in ipso. et propter hoc oportet vt virtus medicine sit fortior egritudine sed non multū: quoniam superfluitas forte faceret egritudinē nouam illa remota: et quia medicina non confert naturaliter nisi tempore egritudinis. ideo impossibile est vt conseruet perfectam sanitatem. seruat tamen sanitatem lapsam. et diuersificatur medicina in hoc secundum existimationem futuri lapsus. et secundum species egritudinum ad quas paratum est labi: et sic iam manifestū est qꝫ tyriaca cōfert sanitati que parata est labi ad egritudines magnas. vel ad egritudines que vadunt et recedunt. et ista sanitas est sanitas decrepitorum quorum virtus est debilis et ideo plus confert: scilicet ad sanitatis conseruationem decrepitatis ꝑ alios hominibus. quoniam

Digitized by Google

ab eis nō recedit debilitas: ⁊ preter decrepitos confert magis senibus. Juuenes autem oportet vt non vtantur tyriaca nec; parum nec; multū nisi eis accideret egritudines quas iam diximus: et quia medicina inquantum medicina est contraria corpori humano: oportet quis ea vtitur cīrūspiciat quā titatē eius et magis cū medicina est fortior. ⁊ quia virtus tyriace est ꝓtraria humano corpori in fine ꝓtrarietatis: oportet vt sit quā titas que datur in potu de tyriaca minor quantitate aliarum medicinarum: et oportet vt sit eius quātitas scita. In medicinis autē que purgāt oportet vt inquirant per rationem et aspiciant quantitatem quam dant in qualibet egritudine: et post hoc verificetur illud per experimentum et oportet vt sit scita quantitas medicine quam expetitur: et possibile est vt diuersificati sint medici in aliquibus earum diuersitate magna. Nunc autem narrabo illud quod Galienus in hoc dixit: inquit datur in potu de tyriaca illi qui timet ne in potu suo ponatur venenum: ⁊ illi in cibo cius ponitur venenum: et maxime postq; vomuerit totum quod de illo comedit: et da illis ter vel quater et non facies hoc donec habeas testimonia vera q; venenum sumpserit: et detur illi etiam quem momordit aliquod animalium veneno sorum: vt illi quem momordit lacertus: vel aliquod ex animalibus aquaticis: ⁊ detur illi quē momordit animal: post cuius morsum inuadit sitis fortis: et detur morso a cane rabido: quoniam morsus istorum est morsus malus: et detur morso ab aliquo ex aialibus marinis habētibus venenū: et illi quem pupugit aliquod ex aialibus paruis vt vespis. et sicut aial quod dicitur rutela: et illud interficit: et possibile est vt sit aranea: et sit mensura que datur magis q; pondus duorum danic: et sit parum vel plusq; mensura que dicitur albēdacha cum pondere vnciarum. xv. vini limphati parum: et non sufficiat ea vna vice ad attrahendum malum morsum: immo si vis timorem abijcere oportet vt eam potet multotiens: vt tyriaca vincat dolores a quibus corpus dubitatur periclitari perpetuo: et detur febricitantibus febre que inuadit vna die et dimittit alia: et tremori et magis cum egritudo est cum dolore: et in qua cōtinuatur dolor in renibus et vesica si dolor est propter egritudinem que dicta est habasam: et in qua dubitaueris apostema futurum in aliquo membrorum habundantium multo sanguine: vel in membris principalibus vel in matrice vel in pulmone vel inflationi in testinorum: que dicta est colica id est lapis in vesica: et detur etiā multotiens illi qui habet apostema epatis sui et illi qui habet fluxum sanguinis multum vndecunq; sit: etiam si sit ex pulmone: et habēti in ventre dolores et torsiones quoniam cum datur ei statim cessat torsio et dolor: et detur illi qui non digerit cibum suum intantū q; eius appetitus minuitur: et illi in cuius stomacho accessit statim cibus: et nauigantibus de quorum cōsuetudine est vt bibant aquas malas: et detur eis in potu pondus. iij. ō. cum tribus coadit vel quatuor aque calide: et hec mensura est instrumētum parum vitreum et bibat eam ante cibum et detur in potu: et qui habet dolorem in vesica cum vino dulci temperato: et illi qui spuit sanguinem: et illi ad cuius pectus descendit reuma: et sic quod dabis in potu cum aqua decoctionis pollegij: et melius ex eis est q; portatur de terra mayrothij vel de scouonia: vel de libantis: quoniam quādo tyriaca datur cum eo quod

prohibet descensum illorum humorum: et sit quod dabis in potu de illa cum tribus coadit eius: et sunt qui curant cum ea dolores aurium fortes quando miscetur cũ ea modicũ vini dulcis quod portat̃ de morochio. et melior vsus eius in hac egritudine est vt recipias modicũ lane et ĩfundatur lana in ipsa ⁊ destiletur in buccinũ auris. Et hoc est ꝙ dicit Galienus super democritum in illis in quibus datur hec medicina et quantum datur de ea et cum quo miscetur. et hoc est dictum ꝙ incedit via profunda id est non manifesta. Antiqui tamen non tantum inquirebant profunde in hoc quoniam loquebantur cum hominibus qui sciebãt medicinas perfecte. Et ille qui legit quod dixi et quod dicturus sum intelligat bene vt sciat naturam tyriace et operationes eius et quomodo sunt eius opationes: et cum quo opatur tunc poterit determinare res illas determinatione bona: verbigratia. dictum suum in febribus que inuadunt vna die ⁊ interpolant in alio et tremore: et maxime si sunt cum dolore non potest intelligi in febribus simplicibus que inuadunt vna die et interpolant in alio de febribus indeficiẽtibus diuturnis: et per dictum suum in febre que fuerit cũ dolore oportet vt intelligas dolorem fortem: et alia accidentia fortia que assimilantur veneris: et in dicto suo ad hec si dubites fortassis ꝙ apostema futurum sit in membris principalibus vel in matrice non oportet intelligi apostema calidum: et hoc est totum quod Galienus dixit contra Dyamocriton et quando datur: et vbi datur et quãtum de ea: et inuenies ex dictis suis dari contra venena pondus duorũ danic: et maius hoc est pondus albematham: sed hoc intellectum est ex dictis Galieni licet non bene declaratum sit: et vidi de aliquibus antiquorũ qui declarant esse tyriace et locuti fuerũt de ea qui dixerunt maior quantitas albendacha et nimis quod de ea sumitur est quantum faba egyptiaca. Auctor tamen huius libri qui dicitur Almachi declarauit declaratione sufficienti ac dicit vt detur in potu quantitas albedachi illi qui morsus est a lacerto vncias quattuor aque decoctionis mente: et precepit dari habenti appetitum caninum vncias quattuor vini quantum est illud: et in ydropisi tribus diebus cum aceto limphato: et habenti lapidem in renibus cum aqua apij. et habenti apostema durum in epate vel splene cum oximelle squilitico: vel simplici tribus diebus. In colica vero potest in gradu superiori pondus albendocha et est pondus quattuor granorum ordei. et ponit in gradu secundo post ipsum quod dicitur mochoala: et precepit vt eius pondus detur illi quem canis rabidus momordit cum pondere vnius danic de pinguedine piscis. da etiam illi qui sumpsit euforbium et opium et similia illis ex medicinis venenosis in potu: et ponit gradum tertium pondus danic vsq; ad obulum: et precepit vt detur illi quem momordit scorpio in potu cum vino et habenti inflationem stomachi et intestinorum et habenti tremorem sine febre. et precepit dari quantitatem vnius faseoli vel lupini mixta cum aqua et vino et mesach cotonis detur icteritie que est ex egritudine epatis et herisipille et difficultati partus cum vncia vna oximellis squilitici: et precepit in potu vnum danic cũ aqua vel succo malorũ illi qui patitur aliã quando acciderit ex pctõ flegmatis quãdo acciderit vertigo det̃ in potu q̃titas vni⁹ lupini cũ aqua saturegie. ⁊ hñti palisim vel torturã det̃ cũ decoctiõe ra-

pondus ser mensura.

dicum.et contra lepzam cum decoctione mirthi et cõtra albaras cum decoctione radicum vel cum aqua mellis et precepit vt detur in potu contra venena magna.quãdo visa fuerunt magna accidentia terribilia ⁊ magna quantitas michaliuerum hec est quantitas multa.et ideo melius est vt detur in potu non tota ista quantitas simul.sed diuidatur multis vicibus.et hoc est quod dicit auctor de potu eius quantitatis. ⁊ dicitur q̃ reprobatur in quibusdam:et est cũ precipit dari in morsu canis rabidi machilla.et in apostemate epatis et splenis. et contra appetitum caninum quantitatem albedachi. Et Auicena ponit maiorem quantitatem potus eius tyriace fortis pondus mechas. et dedit in potu pluribus egritudinibus quantitatem lupinorum.⁊ in medicinis que prosunt egritudinib⁹. et dedit in potu quantitatem vnius fabe illi qui patitur defectum vocis. Et etiam his dictis concordant plurimi. Alius enim sic:alius alter asserit.et hec quantitas quam dant non confert nisi duobus tantum.⁊ oportet vt relinquatur existimationi medici.quia tyriaca diuersificatur in q̃titate potus eius secundum fortitudinem et debilitatem infirmi:et debilitatẽ veneni et secundum fortitudinem ⁊ debilitatem tyriace. varietate sua et secundum complexionem infirmi et etatem et regionem et tẽpora anni.et secundum aerem scilicet corruptum in substãtia et qualitate.quoniam isti aeri competit solum:⁊ maxime quando cum eo aggregatur aliqua ex speciebus venenosorum.et secundum locum morsure que accidit in corpore. oportet diuersificare quantitatẽ potus eius quoniam omnia membra non sunt equalia.et hec quidem medicina prodest illi qui vidit a liabor. Et melius quidem q̃ fieri potest in hac re est vt sciatur vniuersale particularis eius quo indiges. Et illi quibus est melius vt detur eis tyriaca sunt decrepiti. quorum virtus est valde debilis. et post hoc sunt senes. sed iuuenes non vtantur ea multum neq̃ parũ nisi in magnis causis.id est apud magnam necessitatem et ille cui precipitur potus eius cũ vino bibat eam cum vino cocto cuius tertia pars per decoctionem minuta est. et hoc est in ipsa:quia vinum crudum prohibetur eis in potu ex toto et hec necessitas induxit ad hoc et prolongat se multum in hoc sz ego illud abreuiaui quia non est proficuum. Hunc autem dico q̃ tyriaca quatuor annorum non habet virtutem tyriace que est in summo bonitat⁊ sed eius operatio est operatio aliarum medicinarum fortium.Et possibile ẽ vt conferat tyriaca que est vnius anni quia super ea transiuerunt quatuor tempora.et possibile est etiam vt conferat etiam que est sex mensiũ apud magnam necessitatem.Et tyriace operationes non mutãtur ab eo spacio.xx.annorum.et est in virtute sua vsq̃ ad.cxl.annum. et quãdo est vltra quadragesimũ annum non põt perficere neq̃ cõplere operationes suas.Et mutatur eras tyriace secundum medicinas ex quibus composita est qm̃ si bone sunt tenet virtutem suam tempore multo.⁊ facit operationes suas bene ⁊ perfecte ⁊ si sunt male min⁹ seruant eam.Et oportet vt mel illud quo ipsa perficitur sit bonum ⁊ vas etiam vbi recõdita fuerit. et regio etiã vbi facta fuerit. Hunc autẽ deficat postulatio tua:⁊ sufficiat satisfactio scõm tẽpus. Laus sit deo etno q̃ michi cõplendi posse largit⁹ est.

¶Finis.

¶Explicit opus Auerrois de tyriaca.

Digitized by Google

Secreta hypocratis feliciter incipiũt.

Scrit hypocrates: quãdo in die sexta acute egritudinis apparuerit apostema nigrum in posteriori parte auris: morietur in decima septima die. Et cum in iuncturis idropici erit apostema vel in pedibus liberabitur post mensem a die qua apparuerit. Si vero supra nasum apparuerit apostema sicut lenes viridis vel nigra: morietur in fine anni a die apparitionis. Et quando febriens habuerit dolorem in ypocũdriis sinistris: & apparuerit in loco apostema: delituerit& subito: morietur in tertio die: & si pustula nigri coloris fuerit vel pauonis coloris i pollice sinistri pedis: scias q est pestilentia: & si patiens alienat⁹ fuerit ante tertium diem: morietur in septima. Et si exitura papille vl pustule nigre in lingua febrientis fuerit in die non cretico: pronosticant mortẽ: & signũ eius est q alienatus est post dolores totius corporis. Cardyaca statim post somnũ significat abundantiã humor in corpore & pronosticant mortem subitaneam. Cum exierit in palpebra febrientis apostema quasi ane lana si nõ sensu dolet & gravitate: morietur in tricesima die. Qui multũ in somno loquitur pronosticare ipm appopleticum. Paucitas sitis in febre acuta vel frigiditas pedũ pronosticatur mortem decima die. Cum exierit in summitate nasi apostema nigrũ subito cum forti dolore morietur in duobus mensibus. Qui caruerit odoratu sine remmate: febrẽ pronosticatur. Dolor iuncturarũ in iuuentute sine causa brevitatẽ vite significat. Tremor genuũ post somnum cum remanẽtia virtutis pronosticat paralisim. Cũ in ancha appuerit apostema acutũ: morietur in septẽ mensib⁹. Gravitas lingue in iuuentute post eius leuitatem significat mortem subitaneam. Cui in cartilagine auris exierit apostema cũ forti dolore morietur in tribus mẽsibus. Qui patitur ephimerã & effluxerit sanguis ab eis naribus: morietur in tertio die. Qui dormierit oculis apertis absq; consuetudine: epilepsiam pronosticatur. Quando febriens manu huc & illuc quesierit: & viderit mortuos morietur in tertio die. In quo febriente apparuerint dispositiones insuete: si discooperiat pudenda absq; rubore: et loquitur verba turpia: morietur cito. Alienatio in omni egritudine pessimũ. Permanẽtia sensuum nõ pnosticatur euasionẽ omnino. In cui⁹ corpore apparuerit macula celestis coloris et inflãmans omnino morietur in mẽse: & si fuerit sine pruritu & ardore: morietur in septẽ mẽsibus. Pustule nigre & viridis coloris mortales: maxime si fuerint cũ febre acuta. Cũ oculi fuerint obliqui & febrem acutam habuerit: cito morietur. Cum sensus odoratus fit in fuero obtusus: furdum pronosticatur. Qui appetit comedere in horis nõ suetis humores venenosos in eius stomacho pronosticatur: & si fuerint augmentati inferunt mortẽ. Qui multum studuerit contra voluntatẽ suam in libris: pronosticatur vigilias vel maniam vel melancoliam. Quem ledũt cito cibaria nocina: debilitatem membrorum principalium significat. Qui multum sufferunt sitim: fortis sunt complexionis. Credulitas significat maliciam intelligẽtie: sed tẽperata magis conueniẽs. Qui transiuerunt quinquagesimũ annum: & accidit eis dolor renum: non curãtur. Sed que magis prosunt eis: sunt medicine opantes

Digitized by Google

occulta proprietate ⁊ virtute. Qui trāsierit quinq̄gesimum annum: ⁊ accidit ei frenesis: morietur. Juuenis cui accidit pluresis magna: morietur Cui accidit febris cū tussi: vbi tussis recesserit: pronosticatur apā in aliqua iuncturarū. In cuius corpore accidit sepe dormitatio: ꝓnosticatur ipsum mori cito ꝓpter paucitatem spirituū in corpore. Qui piger est ad motū pronosticātur dolorem iuncturarum. Cui sudor assellarum fetet le pram pronosticatur.

Explicium secreta hypocratis.

Incipit tractatus de vinis editus a Magistro Arnaldo de villa noua.

Cum instat tempus in quo medicinalia confici solent vina. Ecce quorundam vsuales confectiones quas premente habeo hic describo cum potestatibus siue laudibus eorundem: et receptam similiter electuarij regalis de quo fecit aliquando mentionem. Laudamus inquit vinum de bona vite ad conficiendū et maxime palmeum. i. colozis palmarum vel sicut est album cum sit in substantia subtilius ⁊ receptibilius impressionum ⁊ colozum. Est etiam amplius vinum palmeum siue album ex parte habens operationem vini debilem que sufficit ad deferendum virtutes rerum ex corporatarum in eo per singula membra cum apprehensione et delectatione nature. Hec sui quadam ex superanti fortitudine remitti ac fluere facit qualitates actiuas earum que in eo exemplificantur sicut est grecum aut simile que elongata sunt a cōsuetudine periti medici in hac parte. De hoc quoq; vino intellexit gal. cum dixit vinum quoq; palmeū est melioris sapozis et odozis q̄ cetera vina: et vina quedam fortia per seipsa vbi expedit sunt medicina et vbi non efficiuntur sicut venaria id est venena. Volentes ergo ad huiusmodi vsus confectionum vinum quod in hoc artificio laudem meretur habere eligere incipiamus ⁊ recipiam⁹ mustum de vitibus albij de bono loco et cum eo ceteris proporcionibus res secundum medicine semiram ex virtuandas imponamus. Sed claudamus in vase boni ligni more aliorum vinorum et conficietur ⁊ pficiet ibi quasi a natura quod arte est apprehensum vel comprehēsum. Res autem que posite sunt in musto dum per naturalem ebulitionem ipsius musti adinuicem interius colluctantur ex spoliatura virtutibus ipsarum: et incorporatur virtus earum musto ⁊ depuratur vinum illud minues operationem illarum rerum tanto melius quanto delectabilius suscipitur et est penetrabilius per singula membra virtus huiusmodi ex vini delatozis actionis disseminatur vnde vbi vigoratur fortiꝰ ⁊ citius resistitur nocumentis quando administratur sicut et vbi oportet. Et illud est presertim de iuuamento q̄ in hac ebulitione nō soluitur virtus rerum neq; alteratꝰ neq; debilitatꝰ sicut quando fit cū igne cū quo si fiat sit leuitissimꝰ aut lentissimus continuatus sine fumo. Et illud ad secretum q̄ quando fit in vegete ⁊ cooperiatur foramen vegetis cum scutella parua vt fiat exaltatio

Cōfectionis vini artificialis modꝰ.

Digitized by Google

ventositatis cum modica elevatione a latere vnovt reprimatur qđ ascēdit ad interiora. Et quando fit cū igne vas cooperiatur tūc autē non euaporatur nec amittit de virtute ipsarum. Et quādo fit cum igne oportet metiri q res de decoctione sustinēt ⁊ regere ignem illud quidem nō est parue considerationis. Sed quando fit in vegete excusatur ab hoc ⁊ reliquitur operationi nature. Et vino quidē ineſt ex se proprietas magna in natura humana. Inquit enim ruffus absolute loquens de eo dicens. Vinū nō solum confortat naturalem calorem verum et turpitudinem sanguis clarificat et aditus totius corporis maxime venarum aperit epatis opilationem auffert tenebrosam fumositatem tristitie generatiuam a corde expellit: totiusq corporis membra corroborat: vt nō solū sua bonitas in corpore: sed etiam in anima ostendatur. Facit enim illam gaudere ⁊ obliuisci tristicie: ⁊ confortat eam ad inuestigandum subtilia ⁊ difficilia contemplandum: eiq tribuit sollicitudinis audaciam et largitatem: de eius labore ⁊ dolore diminuit et preparat preparationem in instrumentis: vt spiritus ⁊ anima cooperantur cum eis. Etiam sumptum scōm q expedit omnibus est conueniens etatibus temporibus et regionibus et ipm idē est senibus pro eo q eorum siccitati obuiat medetur iuuenibus vero cibꝰ pro eo q natura vini nature iuuenis est similis. Pueris vero cibus ⁊ medicina in eo q auget ipōrum calorem ⁊ nutrimētū: medicina vero qr eoꝝ quoniam attraxerunt humiditatem desiccat: nullus aūt philosophus insanis eius vsum vituperat nisi scōm q̄titatem commixtionis a que cū eo. Sapientes vero assimilauerunt ipm tyriace magne: qr ipm est rerum cōtrariarum optimū quia calefacit corda sine corpora frigida naturaliter et per se ⁊ infrigidat calida per accidens. Valet cum sua subtilitate pferet ⁊ ad loca longinqua deferent secum aquā ad mēbra que indigent refrigerari sic sitis ⁊ humectat. Hinc est q ipi perscrutatores scientie medicine elegerūt vinum ⁊ descripserūt de eo capitula multa ⁊ in eo decreuerunt tunc fieri in vsu humano vtiliorem quoniā est nature humane amicissimum et recepturum omnino bonorum ciborū et rectificatoꝝ maiorꝝ. Testificatus est em̄ auer. in dictis suis: q neq cibꝰ: neq medicina expolietur ab ea nunq̄ Et filius mensue de consolatione medicinarum reubarbarum pro meliori preparatione iussit emolliri in vino ⁊ illud vinū laxatiuis potibus immisci ⁊ idem emphi sciuit vt sit ingenium medici ad conuertendum saporem medicine in gustum cibi sicut melius possibile est vt natura delectetur amplectetur illam: ne ex ilia terreatur aut nauseatur. Ad hoc enim vinum bene est aptum. ⁊ ex hoc sermone ingeniati sunt nonnulli modernorum diuersarum preparationum modos inuenire. Ita vt alij cum pulueribus: alij cum cibis et potibus: alij cum vnctionibus: alijq aliter multipharie multisq modis medicinalia: sed et medicinam laxatiuam iubent humanis corporibus applicare q gal. ⁊ auicen. ⁊ alij peritioribus non placet ex eo: quia natura impeditur a diuersoꝝ potissime qr occurrit per eam in operatione obuiatio nature commote in opposito qđ est: quia membra ex parte ad se trahunt ex cibo alimentum ad circunferentiam: et ex parte humorum trahitur virtute medicine ad centrum: et quia ad huiusmodi transgressionem se excusat asseritur semper istam obuiationem fieri in corde quod nutritur pro eo quia membrum: vt dictum est ad circūferentiam alimentum trahunt et super remanentia a conuer-

Hic habē tur ppri- etates vi- ni.

Digitized by Google

flone ſua quoniam in quolibet membrum hanc expulſiuã ad vaſa euacuationum tranſmittit et dux fortę iſtius ſecte eſt macrobius qui auctoritate plurimũ iuſſit pillulas aloeticas ſero poſt cenã imediate offerri ⁊ ego tẽptaui ⁊ reperi iuuamentũ et nõ nocumentũ. Et quidã in medio cibi grana aloes recipiũr ad caſſiam fiſtu. et ſtatim recepte ſupponunt cibũ et operatio bona ⁊ laudabilis ſequitur. Et vere medicine que nõ ſunt violẽte et ſunt tarde opationis ⁊ modice extenſionis vigorant et meliorant ſi ſumantur cũ cibo. Redeamus ergo et dicamus quot modis cõfectionũ ſunt de vinis et vſus earũ ſecundũ rationẽ eſt de excellẽtioribus. Medicine quibus poteſt medicus ſe iuuare ꝓpter delitias ĩ quas venit nr̃is tẽporibus in ꝑelictionẽ antidotor̃ antiquorũ et nos cũ benedictione dei de cõfectionibus ipſius ĩcipiamus. Adiũciamus ſup hoc canonẽ generalẽ quem expedit quẽq; artis medicine artificẽ pre oculis ſemper habere in omni medicinaliũ applicatione: vt videlicet de noĩbus et cauſis egritudinum et poteſtatibus rerũ ſingulariũ ſit inſtructus vt ſciat medicare rationabiliter ⁊ ſuum iudiciũ operi applicare cũ cõditionibus generalibus que ad hoc requirũtur: vt videlicet nouerit diſcernere inter naturas cõplexiones: regiones et tempora: et cõſuetudines: et etates. Et inter hos effectus qualitatũ elementaliũ actiuarũ: et paſſiuarũ: et huiuſmodi: ſine quorũ cognitione panẽ et carnes comedere ſine ſcientia medici habet dubietatẽ quare cõſulit̃ vnicuiq;. Ne preſumat aliquod medicinale offerre niſi ſit medicus vel de periti medici cõſultatiõe qm̃ ſcõm Gal. error ĩ medicina eſt pro eo q; fit in ſubiecto nobiliori: et vt plurimũ nõ de facili recipit correctionẽ. Alterius aũt habeat ꝓuiſio vt vas ſit ligneũ ⁊ de bono ligno et mundũ ab his ſupfluitatibus et ſtiptibus in quo vinũ introducitur conficiendũ: et ſit vinũ expreſſum de vuis bene maturis et mundificatis a corruptione ne ꝓpter maturitatẽ tranſeat in acetum. Et modus confectionis ſeu excorporationis rerũ que vino admiſcentur eſt triplex. Et melior modorũ eſt q; res ipſe decoquãtur cũ aliqua quantitate muſti et ſpuma remoueatur et hoc donec de muſto ſit tertia pars cõſumpta et quieſcant per noctẽ et mane per collatorũ ligneum diſtilletur deinde cũ quantitate cõuenienti ad ſaporem alterius muſti permiſceat: et ponatur in vaſe et cooperiatur os vaſis cũ ſcutella: et ab vno latere aliquantulũ ſublenata et obſeruetur ſic: donec deferueatur deinde bene cooperiatur et cũ oportunũ fuerit recipiat̃ ab illo. Alius modus eſt q; recipiant̃ res ſiue virides ſiue ſicce. Si virides aut recentes nõ inueniant̃ ⁊ cõquaſſate in ſaculo de lini ponatur cũ muſto albo in vaſſello et tandũdem eiuſdem muſti bulliat et diſpumetur et predicto vino miſceatur: et cũ clarificatũ fuerit ex ipſo recipiatur. Alius modus eſt et fit in momẽto et oĩ tempe cum igne et talia vina recipiũtur: aut per ſe: aut mixtum alterius vini vel aque ſicut facit. Et quia naturaliter vinũ vt diximus recipit oẽs impreſſiones ſaporis: atq; odoris: elaborandũ eſt cum ĩpe poterit q; res ĩpe de decoctione facere poſſunt cũ vino imponũtur ne in his vel eorum aliquibus faciant imutationẽ fortem. Tũc adde muſto mel vel zuccarũ in debita q̃ritate qua exceſſus ille rerũ occultet ſcõm meliorẽ extimationẽ vel ſi ex cautella preceſſit: nec poſſit aliter obuiari temperet illud cum eo q; remouet delectationem eandem vt ſi ſuperſit amaritudo vel acetoſitas temperet cũ dulci et ſic de ſimilibus. Et ſi nimis erit calefactũ in frigide

Nota bñ qz in multis exptũ ⁊ a miſtis

Triplex eſt modꝰ ꝓfectõis vini.

Alĩꝰ modus.

Digitized by Google

tur et sic cōtraria cōtrarijs rectificentur. Memorandū vero ꝙ interdum quedam vinorum cōfectiones oportet ad ignem fieri vt diximus aut qꝛ aliter fieri nequeunt vel quia facta non inueniuntur et necessitas non patitur. Tempus expectationis est ꝙ quidem hermetis filij appellauerunt ignem solem et quidam calorem naturalem rerū vitaliū. Et dixerūt eorum aliqui in quibusdam eorū secretorū libris ꝙ illud quod operatur calor solis in visceribus terre in mineris in centū annis potest etiā fieri per ignem de vino. Ignis autem facit acquiri aut detegi rebus quibus applicatur alias et alias proprietates et totum nature opus non est occultum deo. Et dixit quidē ꝙ de subtilibus que sciūtur ab hominibus nimiū est: ergo et quando expedit cum igne aliquid fieri fiat cū cautela quoniā in administrando illum rebus excoquēdis nō est parua pars sollicitudinis: et inde est ꝙ pauci quis comedunt frequēter et sepe vituperantur et quidem non auertūt hoc in multis que per ignē fiunt magisterijs et ideo in pluribus deficiūt atqꝫ decipiunt eorum examinationibus.

Vinum mirabile pro melancolicis.

Vinū mirabile pro melancolicis cardiacis ex adusta colera laborantibus presertim in vijs epatis vrinariū et venarū et pro naturaliter colericis: tollit eñ tristiciā et inducit leticiā et facit hoīem cōposite rōnis et totū cor colerici hoīs in melius disponit et icineratōes humoꝝ rectificat: valet ꝯtra oēs q̄rtanarios ex adustiōe patiētes ⁊ facit vtētē eo bonū sanguinē habere laudabilē habitū scdꝫ aīe rōnalis dispositionē reiuuenescere mutu dei Cui⁹ hec recepta. Reci. buglosse mūde ab īteriorib⁹ medullis. lib. i. sene lib. i. rosarū rub. florū boragi. ⁊ buglosse. añ. lib. i. cōquassat ⁊ ponat ī sacculo q̄ ponat īvase capiēte tres sarcinas asinoꝝ ⁊ habeat recēs mustū expressū albū ⁊ medietas eiusdē musti cū dictis reb⁹ ponat. Alia medietas īmediate bulliat ⁊ dispumet quo facto ī vase p̄dicto ponat ⁊ tali vino repleatur. Et cū clarificatū fnecit ꝑ totū annū maxime vere hyeme et ī vsu habeatur autūpno. Sed quādo est ꝓ custodia et regimine sanitatis non ponat sene: sed bene ponitur albi et rubei. añ. ʒ. i.

Vinum cordiale:

dant possunt auferri et per illud eorū acceleratio potest retardari vt rapidus ille cursus qui fit de senectute ad senīū et de senio ad decrepitatē non festinet quia circulus etatū plus currit de senectute ad senīū vna die ꝙ faciat de iuuentute ad senectutē in tribus. et sic de senio ad etatē decrepitā fit. Sed debilitas naturalis caloris fit duobus modis. ꝙ resolutionē naturalis humiditatis et augmentū extranee: quoniā calor innatus in humiditate existit naturali: et ab augmento extranee humiditatis extinguitur qui prouenit ex debilitate digerendi: vt Auiceñ. in primo cañ. capitulo de cōplexionibus. Sed cause resolutionis naturalis humiditatis et augmētationis extranee per quas calor naturalis debilitatur sunt multe: vt in hoc capitulo declarabo. Sed resolutio naturalis humiditatis accidit ex duobus causis. Prima est aer circundans qui materiā desiccat ⁊ calor innatus qui intus est ad hoc adiuuat: quia ipe est causa extinguēdi seipm eo ꝙ suā cōsumit materiā sicut ignis lāpadis extinguitur cū oleum suū cōsumit. Secunda causa est labor ꝓueniens ex motibus corporeis et aialibus qui sunt necessarij in vita ad resistēdū illi toti: vt ait Auicēna in capitulo de cōplexiōibus etatū et generū. Motus aiales sunt accidentia animi. Motus corporei dicūtur quibus corpa mouent: alterant et mutantur a causis necessarijs male mensuratis. Sed ex augmento extranee humiditatis et humoris extranei fit duobus modis scilicet ex vsu cibariorū et rerū generantiū innaturalē humiditatē et precipue fleumaticam et que sunt illa inferius dicā in capitulo de nutrientibus et rebus que accidentia senectutis et senīū festinant venire. Alio modo fit ex indigestione ex qua generatur humiditas naturalis et humor putridus. Nā digestio est radix generationis innaturalis et naturalis hūiditatis. que cum est bona bonā: mala malā generat humiditatē: vt Galienus in tegni. et Auicenna in quarto cañ. de rebus que caniciem retardant. Nam ex cibis male digestis malus humor generatur: et ex cibis qui naturaliter generant malum humorem bene digestis bonus humor aliquando generatur. Et nota ꝙ non solū flegma appellatur humiditas extranea: sed ois humor extraneus putridus: vt Auiceñ. de cōplexionibus etatū. Sed flegma extraneū est oībus extraneis humoribus deterius. Nam ipm iuuat ad extinguēdū calorē naturalē duobus modis. Quomodo suffocādo et altero qualitati obuiando. Et rasis dicit in capitulo de iuuamētis vētris solutionis ꝙ hec humiditas generatur ex erroze nutrientium et ex victa negligentia et corporis intēperantia. Et per hanc dissolutionē naturalis humiditatis et augmentū extranee inueteratur homo. que inueteratio fit duobus modis vt dicit Aristoteles in epistola ad alexandrū. vno modo ex naturali cursu nature et cū tēpore paulatim et successiue: et post tempus cōsistendi post quod caliditas naturalis minui incipit necessario et tēpus illud incipit post etatē quadragintaquinq; annoz vel quinquaginta annorū: vt Auicēna in capitulo de cōplexionibus generū ⁊ etatū. Alio modo inueterat homo ex necessitatibus et curis pessimis et hoc fit per viam dissolutionis naturalis humiditatis. et fit taliter. Nam diuturne egritudines et mala accidentia dissoluūt et desiccant naturalē humiditatem que caloris naturalis est fomentum. humiditate desiccata et dissoluta calor naturalis debilitatur et infrigidatur: eo debilitato et infrigidato virtus digestiua deficit: et ideo cibaria indigesta permanent

Digitized by Google

ex quorum indigestione naturalis humiditas desiccatur ⁊ extranea aug
mentatur et sic membra nutrimento carentia infrigidantur: desiccantur
et cōsumuntur: quia nō nutriuntur: vt dicit ysaac in libro febrū. Sed que-
ritur que sit ista humiditas et in quo loco est a qua calor naturalis nutri-
tur que est eius fomentū. Hec humiditas est in cōcauitate cordis ⁊ in ve-
nis eius ⁊ arterijs: vt ysaac in p̄dicto libro capīo de ethica. Preterea in
membris sunt humiditates diuersarū specierū de quibus sunt humidita-
tes parate ad nutriendum et humectandum iuncturas: de illis ergo est
illud quod est repositum in venis: et illud quod est repositū in membris
sicut ros vt Auicēna in quarto cañ. capitulo de ethica. et forte sapientes
intendunt q̄ omnes iste humiditates sunt fomentum caloris naturalis:
et precipue illa que est in corde et in arterijs et venis eius: qz restaura-
tur per cibum et potum enc̄ymum et clarificatur per medicamina accep-
ta per hos et humiditas membrorum per medicamina extrinseca sicut
minutiones et balnea ⁊c. Postq̄ vidimus de causis senectutis viden-
dum est que ipsis obuiant causis de quarum obuiatione sapientes duas
tradiderunt doctrinas quarum vna est scientia regiminis. Alia scien-
tia est proprietatum quarūdam rerum quas antiqui occultauerunt: et
qualiter fit per regimen Auicenna docet in principio sui regiminis sani-
tatis dicens ars custodiendi sanitatem a duabus rebus securitatem pre-
bet homini scilicet a prohibitione penitus putrefactionis et defensione
humiditatis ne cito dissoluatur: que defensio fit per regimē restauratio-
nis quod fit i corpore loco eius quod resoluit secundū q̄titatē possibilē:
et per regimen prohibēs oīum causarū siccitatē accelerare facientiū ex
ceptis causis que faciunt siccitatē debere esse. Et aliud fit per regimen
custodiens a generatione putrefactionis: et ob hoc dicit Auiceñ. q̄ regi-
men sanitatis facit hec predicta et loquitur per sinodochē: quia quod est
partis attribuitur toti: et gerit vicem persuadentiū: vt attente intendant
omnes studētes hunc sciētie regiminis: et sic solū regimē sanitatis tradi-
tū a sapiētibus nō facit hoc: sed partim. Sed vna cū regimine istius epi-
stole retardat hoc totū quod supradictū est. Altera doctrina est que de-
fendit corpus alterari cū vsu quarūdam medicinarū quas antiqui occul-
tauerūt quas res oēs in capīo regiminis istius epistole declarabo. Sed
regimē sanitatis sapientū cū regimine istius epīe nō cōcordat: qz regimē
sapiētū docet regere oēs etates: sed regimē epīe docet regere senes ⁊ se-
niores et decrepitos tm̄. Preterea regimē sapiētū senū et seniorū est pū
cipiū: sed istius epīe est finis et complementū et vnū absq̄ alio parū p̄ficit.
Mā doctrina regiminis sapientū p̄cipit obuiare causis senecturis cū men
suratione sex generū causarū necessariarū q̄ cōseruāt corpus et murāt et
sic iste causesūt complectiue sanitatis et infirmitatis qz quādo administrant in
qualitatibus ⁊ q̄titatibus et vsu eaz scōm q̄ oportet ⁊ seruāt sanitatē et
quādo nō administrant scōm q̄ oportet ⁊ trāseūt i illo faciūt accidere egri
tudinē qñ p̄seuerat trāsitus ⁊ multiplicat. collige hoc i teg. Hal. cū expo
sitiōe haly. ibi vbi tractat de regimie sanitat; sed mēsuratio hax causax
complete fieri nō pōt ita q̄ nō excedat vltra citra qz sapiētes pl⁹ p̄ceperūt
fieri q̄ in actū deduci possit: qz intelligētia est operatione subtilior et sic mē-
suratio complet illax causax est impossibilis nisi in corpe meliori: formatum
in quo natura mēsurat qđ hodie nō de facili iuenit sed regimē epīe i quo

sunt medicine occultate ab antiquis de quibus dioscorides loqtur supplet defectū mēsurationis illoꝝ sex generū causaꝝ scōm possibilitatē rerū mensuratarū. Quis cīn aerem infectum a vaporibus putridis delatꝫ a ventis vitabit. Et quis cibum et potum mensurabit et somnum ⁊ vigilias et motū ⁊ quietem ⁊ illa que fluunt et retinentur ⁊ accidentia anime quin excedant vltra vel citra ita q̄ corpus non mutetur ab his nullus. Necesse igitur fuit vt antiqui vterentur medicinis que defendebant corpus alterari ab his causis administratis et secundum mensurationē possibilem supplerent defectum causarum secundum possibilitatem mensuratarū. Et ego collegi vestre altitudini ex libris sapientum et ex reuelatione diuina regimen istius epistole quod est complementū regiminis sapientum vsus cuius defectum supplet et defendit naturalem humiditatem dissolui et extraneum augmentari in tempore consistendi ⁊ post tēpus illud defendit eoꝝ dissolutionem et augmentationem accelerari ex quibꝰ incōmodis calor naturalis debilitatur. ex cuius debilitatione sene ctus et eius accidentia habent prouenire: sed vsus istius regiminis epistole nō prodest negligentibus doctrinā regiminis sanitatis sapientū et precipue in regimine qō debet fieri post tēpus consistendi. Quare ergo sapientes scripserunt regimen sanitatis et proprietates rerū que sunt in hac epistola penitus dimiserunt cause sunt multe quarum vna est qꝛ magis necessarium fuit q̄ scientia que non potest sciri absq̄ magno labore et subtili ingenio a sapientibus traderetur q̄ illa que a legente taliter q̄liter potest fieri. Preterea regimen sapientū docet regere omnem etatem: omnē complexionē: et omnia membra: preter tria instrumēta sensuū occulta. et omne esse hominis et omne corpus sanum. Sed regimen epistole non docet nisi supplementū regiminis senum et seniorū qō antiqui non scripserunt sapiētes. videlicet defendere senem ab accidentibꝰ senii. et senium ab accidentibus decrepite etatis: quia nō inueni scientiā perfectam inuentā ⁊ completam ab aliquo sapiēte nisi in senectute: vt liber p̄n cipis philosophoꝝ ad alexādrum testatur: qꝛ in illa etate ratio est valde clara: licet memoria sit aliquantulum diminuta in non vtente: sed in quibusdam istarum medicinaꝝ de q̄bus sum locutꝰ loquor in epistola hac in experientia et vsu: et in quibusdā non: quia nō est possibile cuilibet homini experiri ⁊ vti in rebus oībus eo q̄ tria contradicunt. scilicet sumptus: et potentia: et fama vulgi. inter q̄ faciam mentionem de vi rerū sermone occulto que inter alias res quas in hac epistola scribam obtinent principatum. Quarum vna iacet in visceribus terre. altera natat in mari. tertia repit terrā. quarta vegetatur in aere. q̄nta assimilatur medicine que egreditur de minera nobilis animalis. Sexta egreditur de minera animalis longe vite: et ideo sermone occulto de his loquar attendens preceptū principis philosophoꝝ ad alexandrū dicentis: q̄ omnes occultas proprietates detegit est transgressor quandoq̄ diuine legis. Preterea dubitaui ne ad manꝰ infidelium deuenirent qō esset indignū: quia omnes q̄ querunt legē diuinā subiicere sub posse, pprietatibus illarum rerum que plantis animalibus lapidibus diuinitus sunt collate non debēt recipere iuuamentum: sed suprādicte res indigent preparatione quedā electione. nam in quacūq̄ re altissimus deus posuit proprietatem et iuuamentum ibi posuit nocumentum in contrarium p̄ custodia. vt in tyro: et elleboro:

Digitized by Google

et auro: vt nullus ex his operationem nobilē et sulbimē consequi possit. Preterea vbicūq; altissimus deus posuit ꝓprietatem ineffabilē ibi quā dam posuit similitudinem: vt quilibet homo clari intellectus suā cognoscet operationem. Nam plurime res faciūt quod ostendunt vel sua forma: vel materia: vel sua essentia: vel suo colore ⁊ durabilitate ⁊ corrupti one. Nā id conseruat qđ diu conseruatur: et id corrūpit quod cito corrūpitur ⁊ id facit ad cuius similitudinem res quelibet denominata est ⁊ formata et hoc est qđ antiqui occultauerūt: ⁊ adhuc nostris tēporib⁹ est occultatū nisi vir in speculatione sapiens ⁊ in operatiōe longo tempore sit expertus. Et nota q̄ ex quibusdam rebus ⁊ medicinis predictis pōt separari virtus a suo corpore vt de omnib⁹ medicinis q̄ sunt ex plantis et animalib⁹ ⁊ ex quibusdā separari nō potest velut de omnib⁹ illis q̄ sunt spisse substātie: vt metalla: ⁊ que sunt de genere lapidūvt corralli iacincti et similia: ⁊ hec sunt subtiliter terende in vltimo ⁊ ꝓprie cū voluntas nostra est vt perueniant ad finem elongationis: vt Auicēna in scō can. de iudicūs quarūdam medicinarum extrinsecus. Sed hec contritio nō pōt fieri in metallis nisi per combustionem: ⁊ hoc est qđ credo ait auicēna in capitulo de lepra ⁊ argento ⁊ auro facere in quinto can. in cōfectione de iacincto. Sed quidam alij preceperūt soluere medicinas spisse substātie vt aristoteles ait testāte ysaac in gradib⁹ capitulo de margaritis dicēs vidi quosdam homīes eliquasse gēmas de quarū liquore albe morphee lote plene curate sunt. Sed medicamina subtilis substārie vltimo nō sunt terenda: vt ad aliam nō conuertant operationem vt galienus dicit de cymino testante auicenna. Quedā autē istoꝝ medicaminū sunt laxatiua q̄dam confortatiua. Sed de quibusdam laxatiuis potest separari virtus a corpore ⁊ de quibusdā nō separat: vt ab omnib⁹ rebus asperis auicenna dicit in capitulo de scabie: qz ipe precepit in capitulo de regulis solutionis ventris ⁊ vomit⁹ q̄ necesse est in quibusdā regionib⁹ ⁊ cōplexionib⁹ ne medicinarum corpora ponderent. Sed virtutes eaꝝ tātum. Et rasis in capitulo de simplicibus laxatiuis p̄cipit de mirabolanis facere decoctiones ⁊ syrupos in quib⁹ sola virtus solutiuoꝝ ⁊ ꝰfortatiuoꝝ remanet Et hoc ideo p̄cipiunt sapientes vt natura deportet medicamē ad loca lōginqua: vt excludat inimicū nature sicut iohannes damascen⁹ precipit in medicina que facta est cib⁹: qz earum virtus absq; corpore plus operat sola q̄ iuncta cū suo corpore in hac nostra intentione: qz calor naturalis fatigatur in separando virtutem rei a corpore qđ est durum terrestre et eo fatigato debili⁹ portabit virtutē ad instrumēta sensuū: vt ea possit dopilare ⁊ superfluam destruere humiditatem ⁊ ad mēbra quarte digestionis currere vt virtutem digestiuā carnis ⁊ cutis confortet ex q̄bus debilitate proueniūt quedā accidentia senectutis vt patet in morphea. Preterea calor naturalis nr̄i corporis nō est semper potens in oībus medicinis separare virtutem a corpore suo terrestri. Sed cū virtus sola datur absq; corpore calor naturalis nō fatigat nec virt⁹ medicine destruitur a digestionib⁹ in deportando eā ad mēbra similiū partiū ⁊ instrumēta sensuum: ⁊ ita virtus rei suam operationē complebit calorē naturalem non fatigando: ⁊ cum hoc cōcordat galien⁹ testante ysaac in cap. de lepra dicens nullū vidi hominē infectū curatum nisi biberit vinum in quo cecidit vipera. Et iohānes damascen⁹ in suis amphorismis oportet ad pur-

Digitized by Google

gandum intra pulsos humores vt medicina in similitudinē cibi conuerta tur per ingenium ⁊ arbitrium medici. Alius dicit oportet medicinā que ad tertiam transit digestionem q̄ auide recipiat ⁊ sc̄m quosdā cum re conuertibili: sicut est lac et ius gallinarum.

De accidentibus senectutis ⁊ senii ⁊ eorum causis ⁊ signis lesionum sensuum.

Accidentia senectutis ⁊ senii sunt hec: canicies: palliditas: ⁊ cutis corrugatio: debilitas virtutuꝫ et virium: diminutio sanguinis ⁊ spirituū: lippitudo oculorum: multitudo mulscillaginis: exscreatus putridus: debilitas anhelitus: insomneitas: ira et inquietatio animi: lesio instrumentorum sensuum in quibus virtus animalis operatur. Et de omnibus videamus et ex qua occasione quodlibet accidens habet prouenire: notato tamen q̄ quedam ex predictis accidentibus accidunt in tempore consistendi: quedam senibus necnon predicta omnia in senibus possunt prouenire: sed quando accidunt in tempore consistendi: tunc predicta accidētia non dicuntur senectutis accidentia: sꝫ infirmitates ⁊ remouebūtur tanq̄ egritudines que omnibus etatibus accidere consueuerūt. Et principalis causa omnium predictorum accidentium est debilitas caloris naturalis que fit duobus modis vt superius dictuꝫ est. Canicies contingit ex flegmate putrido egrediente a stomacho vel a cerebro vt ysaac dicit ⁊ non solum videtur hoc accidens ex solo flegmate putrido: vt Auicenna in capitulo de complexionib⁹ etatum: sed hic humor putridus generatur multis modis. Unus est ex vsu quarundam rerū que humorem putridū inducentē caniciem generant vt infra inuenies capitulum speciale. Alius est ex debilitate caloris naturalis qui exit a corpore ⁊ abūdantia frigoris vt aristoteles in fine libri de aialibus. Mā calore naturalis debilitato cib⁹ priuatur digestione ⁊ tunc humor putridus inducit hoc accidēs vt haly supra tegni. s. vbi tractat de regimie senū. Et q̄ꝫ hoc accidens contingit in pilis ⁊ capillis: ⁊ tūc difficile est ad remouendū postq̄ venit: sed est nimis difficile ad defendendum ne exite tempus veniat. Item dicit aristoteles in loco supradicto q̄ pili cooperti citius canescūt q̄ discooperti: nā coopertorium ꝓhibet ventū ⁊ ventus ꝓicit putrefactionē. Itē pili tympozum canescūt citius q̄ posteriozq; in parte anteriozi cerebri est plus de humiditate ideo citius putrefit. Et q̄ꝫ prouenit canicies ex infirmitate cutis vt in morphea ⁊ barrabas ⁊c. Et tunc accidit ex debilitate caloris illi⁹ mēbri: nam cibus ꝓuenit ad quodlibet membroꝝ ⁊ digerit a calore naturali illius mēbri ⁊ a virtute digestiua illius mēbri. Cū ergo ille calor debilitat corrūpitur ille cibus ⁊ tunc accidit mēbro infirmitas ⁊ occasio. Itē dicit q̄ qñq; accidit q̄ multi infirmant ꝓpter quā causam pili canescunt ⁊ post infirmitatē reuertunt ad suā dispositionē: ⁊ causa ei⁹ est debilitas naturalis caloris in decoctiōe cibi ⁊ in mēbro ⁊ qñ sanitas reuertitur nigrescūt pili: ⁊ ille erit similis seni q̄ mutatus est ⁊ factus est iuuenis. Sꝫ auicēna dicit in quarto de dispositione ꝓualescentiū q̄ ideo capilli albescūt: q; priuātur nutrimēto: eo q̄ exit ⁊ spargitur humiditas in-

Digitized by Google

nata que facit nigredinē: sicut accidit segetib⁹ qñ desiccātur albescunt. Postea qñ portatur aq̄ redit eoꝝ viriditas: ⁊ ita qñ dispositiones bone sunt redit nigrdo ⁊ hoc nō pōt accidere nisi ī etate ꝯsistēdi. Preterea in vnoquoq; mēbro existit virtus naturalis scd̄m cōplexionē eius q̄ cōuertit nutrimentū in similitudinē mēbri: sz diuersa v̄tute in similitudinē alteri⁹ si nō bñ ꝑmutat. Ex hac diuersitate ꝓuenit īfirmitas in cute: vt auicēna in p̄mo cañ. de v̄tutibus naturalib⁹. Item qñ cutis virt⁹ ⁊ mēbri est debilis corrūpit naturā ⁊ cōplexionē nutrimēti eius qd̄ in ea penetrat ⁊ in illo nutrimēto corrupto corrūpit ⁊ cōuertit om̄e nutrimentū qd̄ venit ad illā materiā ad naturā suā sicut bona cōplexio cōuertit materiā corruptā ad rectificationē ⁊ facit eā ꝯuenientē velut narrat. G. testāte auicēna in capl̄o morphea ꝙ est quedā arbor q̄ mutat̄ de venenositate ad comestibilitatē extrāsplantatione sicut arbor q̄ est in ꝑsia cuius fruct⁹ sunt venenosi cū transplātant̄ in egypto fiunt comestibiles ⁊ si iterū trāsplantātur in ꝑsia redeūt fructus ad venenositatem. Et ꝓpter predictā causam fuerūt inuēta medicamina q̄ ponūtur in exterioribꝰ sicut inūctiones ⁊ lauationes ⁊c̄. Nā talia medicamīa sunt magis ꝓpinqua in curationē egritudinū ꝓuenientiū ex nocumētis quarte digestionis q̄ intrīseca qꝛ virt⁹ medicinaꝝ sumptaꝝ ītrinsecus frāgitur qñq; a prima ⁊ scd̄a digestione q̄ cū ꝑuenit ad quartā opatio eius iam fracta est ita ꝙ nō ꝓdest vt vult auicēna in cap. de lassitudine ex se veniēte ⁊ sic inūctiones ꝯfortant virtutē quarte digestionis. Et est verū ꝙ medicamēta exteriora sunt magꝭ ꝓpinqua īterioribꝰ humore purgato vel humore nō peccāte in interioribus. Sed qñ humor peccat p̄mo debet corp⁹ ab humore nociuo cōplete purgari: deīde caro ⁊ cutis cū ꝓuocatiōe lōgi sudoris mūdificari. Tertio virtutē mēbri ꝯfortant: qꝛ nisi virt⁹ mēbri confortet̄ ⁊ ad suā naturā reducatur humor regenerabitur ⁊ p̄cipue qñ melācolici humores inferūt lesiones. Sed ad purgationē humoris corrupti in q̄rta digestione dixerūt quidā ꝙ sola virtus laxatiuoꝝ debeat exhiberi absq; suo corpe: qꝛ v̄tus separata a suo corpore citius ad locū q̄rte digestionis penetrat q̄ cū suo corpore sine caloris naturalis fatigatione: nā virtus solutiuoꝝ plus operatur sine corpe q̄ cū corpe. Et hoc est qd̄ dicit auiceñ. in p̄mo cañ. de dispositione medicinaꝝ ventrē soluentiū ꝙ est necesse in quibusdā cōplexionib⁹ ⁊ in quibusdā regionib⁹ ne medicinaꝝ corpora pōderent̄: sed virtutes eaꝝ tantū deīde apponant̄ medicamīa extrinsec⁹: quoꝝ ꝓprietas sit vt tēperet essentiā mēbri ⁊ cōplexionē ei⁹ ita vt ꝓhibeat recipe supfluitates effusas ad ip̄m membrū ⁊ impedimēta sicut facit terra sigillata ⁊ similia ꝓpter proprietatē q̄ est in eis aut ꝓpter equalitatē sue cōplexionis: q̄re infrigidat illud qd̄ est calidi⁹ ⁊ calefacit qd̄ est frigidius scd̄z ꝙ visum est galieno de oleo rosarū: vt Auic. in scd̄o de opationibus medicinarū singulariū nam predictū accidēs reddit hoīem magis deformē et magis in manifesto corporis apparet. Ideo studui in ostēdendo causam ei⁹. et sapiētes posuerūt causas ⁊ remedia eoꝝ in tractatu decorationis: qꝛ ꝓpter aduentū ipsoꝝ fit deformitas: et ꝓpter tarditatē ⁊ retentionē fit decoratio ⁊ est etas cōsistendi que vocatur ab auiceñ. etas pulchritudinis. Iam dixi causam vni⁹ accidentis senectutis scz caniciei. Nunc dicendum est de cutis corrugatione et quibusdā aliis accidētib⁹ que qñq; ante tp̄s qñq; cū tpe hoīem inuadere ꝯsueuerūt. Sz cutis corrugatio fit

quandoq; ex carne extenuata ⁊ ita necessario manet cutis vacua: ⁊ fit in crepatio. Nam aristo. in fine libri de animalibus dicit q̄ fit ex putrefactione humoris: ⁊ dicit q̄ corrugatio que accidit corpori est contrarium glaciei: q̄ si vapor congelatur fit ex eo glacies ⁊ non putrefit et non erit corrugatio. Et hoc accidens sepe accidit his qui igne vtūtur: sicut in fabrili arte: et fusionibus. Nā vsus harū rerū reddit faciē tornatilē et corrugatā: ideo dñe ab igne auertere faciē suā ꝯsueuerūt. Sed ea q̄ remouēt cutis corrugationem inferius in capitulo de his que induunt cutem pulchritudine puerili et mundificatione et rubedine dicam. Palliditas aūt scdm quosdā est accidēs senectutis. et quādoq; iuuenibus accidit ex flegmate supfluo: sed in senibus accidit ex diminutione sanguinis ⁊ spiritus. Et quādoq; ex sanguinis īfectiōe. Et qualiter sanguis bonus regeneraṫ infra de his que induūt cutem pulchritudine: et in capl̄o de his que conuenientius naturalē humiditatē restaurant inuenitur et spiritus multiplicatur cū his que faciunt gaudiū et leticiā et cū generātibus bonū sanguinem vt in predicto capitulo inuenitur. Diminutio sanguinis fit ex resolutione et diminutione naturalis hūiditatis q̄ radix naturalis humiditatis est in sanguine cordis pricipaliter: et scdario in illo qui est in venis et mēbris et diminutio sanguine diminuiṫ spiritus: et restauraṫ sanguis cum his que naturalem humiditatē restaurant. Et sanguine restaurato spiritus confortatur et restauratur. Multitudo muscillaginis excreatus putridus et lippitudo oculoꝝ sunt accidētia senectutis: et accidūt ex humiditate accidētali et p̄cipue fleumatica. Et oriṫ qñq; illa hūiditas ex superfluitate quarte digestionis: et curaṫ cū rebus purgantibus fleuma et ip̄m cōsumentibus et desiccātibus vt infra suo ꝓprio capitulo inuenietur Sed proprie valet lippitudini res que natat in mari. s. margarite: et que vegetatur in aere. s. anthos: excreaṫ putredo. Ualent etiā ea que purgāt et aperiūt pect⁹: vt dyayris ⁊ dyaprasium ⁊c̄. Et muscillagini valet purgatia fleumaticis capitis ⁊ stomachi: ⁊ quādoq; ex supfluitate sanguinis in iuuenibus et adolescētibus accidere cōsueuit. Debilitas anhelitus: insomnietas: ira et inquietas animi: sunt accidentia senectutis. Sed debilitas instrumētorū anhelitus accidit ex strictura meatuū pulmonis que fit ex siccitate nimia vel qñq; ex nimia humiditate suphabundāte: sed huic accidēti subueniēdū est cū his que precipiūt sapiētes in tractatu de egridinibus que accidūt instrumētis anhelitus. Nā auiceñ. dicit in eodē tractatu q̄ crocus habet ꝓprietatē cōfortandi instrumēta anhelitus. Sed insomnietas: īquietatio: et ira: accidūt senibus ex fumis melācolicis ascēdentibus ad cerebrum et impedientibus instrumenta sensuū: et ideo precipitur in lib. regiminū q̄ senes fleumatica et melancolica cibaria et acuta vitare debēt et cōfert huic dispositioni dyapapauer ⁊ comedere olus lactucarum cū speciebus aromaticis: vt Galienus dicit se fecisse testāte Auiceñ. in capl̄o de somno. Sed cōtra inquietationē: et irā: et garrulationem adhibeaṫ operatio et actio anime vt gaudiū et leticia velut dicā in capitulo de his que induūt cutim ⁊c̄. Et de medicinis cōuenientibus his accidentibus est res q̄ iacet in visceribus terre. s. aurū: et que natat in mari. s. margarite: et illa cuius minera est plāta. s. lignū aloes. Debilitas virium et virtutū est accidēs senectutis ⁊ senij. Sed viriū debilitas accidit ex humiditate innaturali et precipue fleumatica mollificante neruos. Et

Digitized by Google

quãdoq; ex nimia siccitate neruoꝝ per quã nerui contrahũtur quare debilitantur. Et qñq; accipit ex pcussione ⁊ concussione neruoꝝ vt sepe accidit militib⁹ ludũ militie exercẽtibus. nã ex hoc accidẽti qñq; amittit militia ⁊ quedã magisteria. Mã multos vidi iuuenes milites quoꝝ vires erant debiles suã maliciã amittẽtes ⁊ econuerso: sed vires cõfortant cũ ex siccitate debilitãte pueniũt cũ medicina cuius minera est plãta indica: scz lignũ aloes. Et cũ fit ex humiditate valet cũ fit cibus de medicina q̃ vegetatur. s. anthos. Sed virtutũ debilitas accidit qñq; ex supfluo humore qñq; ex penuria: nam virtutes sunt plures. Una dicitur appetitiua alia digestiua ⁊c. Et q̃uis diuersa noia sortiãtur: tñ una ẽ. Et hoc est qđ dicit iohãnes damascen⁹: virtus siue virtutes varia noia habentes vna eadẽ substantia est: sed scõm diuersa officia subiectis mẽbris diuersis vocabulis nuncupatur. Sed qualiter virtutes ꝓfortãtur ⁊ reparãtur inferius in capitulo de his que ꝓfortãt virtutes ⁊ eas reparãt dicam. Lesio instrumentoꝝ sensuũ est accidẽs senũ qđ sepe cõtingit iuuenib⁹ ⁊ senib⁹: que lesio accidit qñq; in manifestis instrumẽtis sensuũ. Sed qñ in manifestis euenit curẽtur ille lesiones scõm q̃ in ꝑticulis capitulis illaꝝ lesionũ sapiẽtes describũt. Sed lesio instrumentoꝝ occultoꝝ capit̃ fit in tribus parvibus cerebri in quib⁹ virtus aĩalis opatur in pte posteriori: media: et anteriori: que ptes appellãtur ab auicẽna ventres. Sed in pte posteriori fit memoratio de qua loq̃tur haly regalis in ꝓmo sermone theorice dicens q̃ senectus est domus oblionis: sed seneca in libro senectutis dicit contrariũ q̃ si homo exercet illud instrumentũ nõ erit minoris memorie. Mñ accidit q̃ ex lõgo exercitio vnius instrumẽti ꝑteras alteri⁹ minuitur: vt quotidie in inuẽtionibus ⁊ memoratibus apparet. Mã lesio in his vẽtribus siue instrumẽtis cerebri accidit qñq; a causa intrinseca: qñq; a causa extrinseca. Sed a causa intrinseca accidit dupliciter a natura: vt cũ homo illã lesionem ab vtero materno extraxit: ⁊ tunc est incurabilis. Ex accidẽti fit duob⁹ modis ex rebus intrinsecus aduenientibus: ⁊ qñq; ex humoribus malis faciẽtibus corporis infirmitates ⁊ tunc dicit ꝑuenire ex parte corporis qui qñq; sunt in loco cerebri: qñq; sunt ex mẽbro alio. Et quicũq; sit humor dũmodo sit malus ledit supradictos vẽtres ⁊ opilat: ⁊ hic humor qñq; generat ex malis cibariis. s. valde melancolicis et fleumaticis: ⁊ qñq; ex indigestione ⁊ rebus acutis fumosis: vt sunt acrumina ⁊ vinũ vinosum ⁊ nõ cõmixtũ ⁊ similia. Ex his causis accidũt egritudines q̃ fiunt in opatione sensuũ: ⁊ sic ꝑpter p̃dictã causam opatio animi impedit ꝑpter defectũ sui instrumẽti sicut in fistula patet. Mã ipa resonat scõm clausionem ⁊ aprionẽ suoꝝ foraminũ: impedit etiã opatio aĩe ex causa extrinseca multis modis scz ex vaporibus fetidis inficiẽtib⁹ corpora ⁊ opilãtibus instrumẽta sensuũ inter quos vapores deteriores existunt q̃ ex inferius ⁊ eoꝝ supfluitatibus veniũt ⁊ precipue ex cadaueri⁹ ꝑpter similitudinẽ quã habent cũ corporibus humanis sicut semel accidit q̃ post forte prelium qđ fuit in ethyopia: relicta sunt cadauera multa: ex his venit vapor pestilẽtialis ad terrã grecoꝝ et ex hoc accidit mortalitas ⁊ infirmitas: et in eis q̃ euaserũt remãsit oblivio ita q̃ non recordebãtur nomẽ suum nec filioꝝ suorum: vt Baliẽus dicit testãte auicẽna in tertio cañ. capitulo de signis assumptis ex oprationibus aĩalibus: ⁊ accidit qñq; ex aere grosso ⁊ turbato: ⁊ hec est causa q̃re oriẽtales sunt aliꝝ

subtiliores ꝓpter defectum vapoꝝ. Sicut patet ꝙ homo est subtilioris ꝑscrutationis in sereno tpe q̃ in nebuloso: nã aer turbatus tristificat animam ⁊ cõmiscet humores. Sed aer turbatur differt ab aere grosso. Aer em̃ grossus est ille qui in turbatiõe sue substantie similat̃. Sed turbatus est ille qui ꝑtibus miscetur grossis. Duarum vero rerũ significatio est ꝙ stelle minute parũ apparent ⁊ resplendẽt: ꝫ scintillãt ⁊ tremũt ⁊ ei⁹ causa est ꝙ vapores ⁊ fumi multi existũt ⁊ venti boni pauci: vt auicẽna in primo cañ. de opatione qualitatũ aerearũ. Et similiter accidit hoc impedimentũ aliqñ ex negligẽtia mũdificationis corporis intrinsecus ⁊ extrinsecus: nã sordes extrĩseca poros opilat ⁊ impedit naturã in expellẽdo alias: ⁊ accidit qñq; ex infirmitatibus hec lesio: ⁊ sic est impossibile hoĩem infirmũ sanũ sensum habere. Ergo oportet scientiã sanitatis p̃cedere: nã in regali dispositione in primo sermone dicit̃ ꝙ sensus ⁊ intellectus non erit nisi ꝑ sanitatẽ aĩe rationalis: nec sanitas aĩe rationalis erit nisi ꝑ sanitatẽ virtutis vitalis ⁊ naturalis. Et aristoteles dicit in libro de secreto secretoꝝ ꝙ nõ est via ad aliquã rem sciendã vel inuestigandã nisi per potentiã clari intellectus. Sed potẽtia clari intellectus nõ est nisi per sanitatẽ ⁊ sanitas nõ est nisi per equalitatẽ cõplexionis ⁊ equalitas cõplexionis nõ est nisi per temperantiã humoꝝ. Et ideo deus excelsus gloriosus ordinauit modũ ad temperantiã humoꝝ ⁊ conseruantiã sanitat̃ que omnia reuelauit philosophis et sanctis ꝓphetis et quibusdã alijs quos illustrauit spiritu diuine sapientie.

Iam dixi fere oẽs causas senectutis ⁊ senij et lesionũ sensus. Nũc dicam⁹ species nocumẽti sensus cõtingentis in opatione cerebri ⁊ sunt ꝓpter duas causas ⁊ cognoscũtur trib⁹ modis. Et nota ꝙ hic accipitur sensus ꝑ imaginatione ⁊ discretiua memoria. Et hoc dicit auic. in tertio cañ. cap̃. de lesionib⁹ sensus que verba sic sunt intelligenda: cognoscuntur tribus modis. i. cognoscunt̃ cũ tribus generib⁹ signoꝝ q̃ inferius scribunt̃. Sz illa signa nõ sunt signa egritudinũ quarũdam q̃ sensum ĩpediũt. s. ꝑmixtiõis sensus ⁊ alienatiõis ⁊ stoliditatis ⁊ amẽtie ⁊ corruptiõis mẽorie et imaginatiõis qđ ꝑtz ꝑ id qđ auic. dicit in p̃dictis egritudinib⁹: qꝛ ponit alia signa. Sz signa q̃ ponã hic sunt signa lesionis sensus q̃ nõ sũt egritudĩes q̃uis inter egritudĩes nũerent̃. Item aliud verbũ qđ dicit ꝙ spẽs nocumẽti sensus fiunt ꝓpter duas causas: quarũ vna cã fit ex ꝑte aĩe rõnalis qñ corp⁹ infirmat̃: ⁊ tũc aĩa infirmat̃ sicut ĩstrumẽta ei⁹ ⁊ sic ledit̃ sensus qꝛ priuat̃ eo ꝙ ab aĩa ꝓcedere debet ꝑ nocumentũ accñs ĩstrumẽtis cerebri: qꝛ donec in hoĩe sanitas ꝯseruat̃ nocumentũ nõ cadit supra ĩtellectũ et sensum quẽ hõ hz naturaliter ĩtelligẽs. Alia cã est qꝛ etiã in sano hoĩe sepe accidit nocumẽtum in sensib⁹ qđ nocumentũ nõ accidit ex ꝑte ĩfirmitat̃ corpis tm̃: ꝫ ex ꝑte triũ instrumẽtoꝝ sensuũ capitis q̃ dicunt̃ vẽtres ab auic. in quos vẽtres cadit nocumentũ ex vaporib⁹ intrinsecis ⁊ extrĩsecis absq; q̃bus etiã nõ põt imaginari discernere ⁊ memorari: ⁊ tale nocumentũ regimẽ huius epl̃e docet remouere ⁊ inducere ad id qđ natura ministrauit. Sz regimẽ sanitatis: vt auicẽ. dixit supra docet ꝯseruare corp⁹ ⁊ regere in eo sanitatẽ ne in ĩstrumẽtis capit̃ cadat nocumentũ ex

Digitized by Google

pte aīe:et ex p̄dictis pōt patere vestre clemētie q̄re antiq̄ clariorē intellectū et longiorē vitā q̄ moderni habebāt et penetrabilē rationē: qꝛ non solū corpis sanitatē:sed triū iustrumētoꝝ capitis regimē obseruabāt:ꝛ īsup forte vtebant quarūdā rerū ꝓprietatibus quas occultauerūt ne ad manus infidelium deuenirēt et hoc est qd̄ dicit Aristo.in libro de secreto secretorū. Apud potētiā intellectus nihil est difficile ꝛ cūcta sunt possibilia in via rōnis et in secretis hermogenis testāte Aristo. in p̄dicto libro dicente q̄ summa et vera bonitas est claritas intellectus et plenitudō legis et de hoc dicit seneca semina diuina in corpibus hūanis dispsa sunt.i. sensus et ītellectus q̄ si bonus culto existit similia origini ꝓdeūt.q̄ si malus non alia procreat nisi qualis plaustris sterilis et ex p̄dictis potest patere vr̄e clementie q̄ sensus et intellectus quē sublimis deus seminat in homine si nō bene colit.i. regitur diminuit vel amittit qꝛ īueni q̄ v̄tus mirabilis plātis aīalibus et lapidib⁹ diuinitus collata ꝑtim hūano ꝓpl̄o est occulta ex quarū rerū ꝓprietate claritatē ingenij philosophi sunt adepti. Signa demōstrantia lesiones mēorie sunt q̄ filius p̄ricipis abohaly describit. Cū em̄ sensus hoīs est īcolumis et ymaginatiua formarū rerū in somno et vigilijs est sana deinde sunt res et ymaginatiōes quas videt in vigilijs suis aut ī sōno suo ex eis de q̄bus est possibile ip̄m ponere ꝛ remouere ab eo et cū audit ea et testificat nō remanēt apud ip̄m tunc lesio illa est in mēoria in posteriori ꝑte cerebri. Sed signa lesionis cognitiōis .i. ꝑtis medie cerebri sunt hec si in mēoria est īpedimētū: sed loq̄tur ea q̄ nō sūt dicēda et timet ab eis a q̄bus nō oportet timere et putat esse bonū quod nō debet putari bonū ꝛ sperat quod sperandū nō est ꝛ inq̄rit quod inquirēdū nō est:ꝛ est potēs reseruare ea quorūvult recordari: tūc lesio est in cogitatiōe in ꝑte media cerebri. Et signa lesiōis imagīatiōis.i. anterioris cerebri sūt hec. Si vero mēoria ꝛ loq̄la sunt sicut esse debēt ꝛ nō cōtradicit: ī his q̄ agit et nō loquit aliqd̄ ꝯtrariū rectitudini et ymaginat res sēsibiles ꝛ coligit viles res ꝛ videt singularia mēdosa ꝛ ignes ꝛ aq̄s et reliqua mēdosa aut debiliter ymaginat formas rerū in somno et vigilijs tunc lesio est in ymaginatiōe et in anteriori vētre cerebri.et si aggregant duo ex illis aut tria:tūc lesio est in duabus aut trib⁹ ꝑtibus.i.vētribus et quādo aliqd̄ eoꝝ est declinās ad diminutionē: tūc egritudo est ex frigore Et qn̄ est declinās ad ꝑmutationē ꝛ agitationē:tūc est ex caliditate. Et quidā estimauerūt q̄ declinatio ad diminutionē est ꝓpter diminutionē substātie cerebri et curā haꝝ lesionū collige ī tabulis mēbroꝝ capitis filij p̄ricipis abohaly quas fecit in libro de sustātatiōe artis medicine et in tabulis q̄s in fine istius epl̄e declaraui et in tabulis ꝯsiderabis medicinas ad p̄dictū accidēs valituras et ille sunt vtēde et ledētes sunt vitande. Et sciatis q̄ hanc epl̄am cōposui ꝓ p̄dicto p̄ricipaliter accidēti et scd̄ario ꝓ alijs. Et hāc īcepi ad suationē duoꝝ sapientū.s.io.c.ꝛ phi.cau. paꝝ:qꝛ nō solū hoc accidēs senes et seniores īuadere ꝯsueuit:sed iuuenes et adolescētes ex defectu regimīs et ignorātia ꝓprietatū rerū quas ātiq̄ occultauerūt. Jā cōpleuimus primā partē huius epl̄e de sciētia scientiali speculatiua. Nunc dicendum est de scientia operatiua speculatiua.

De cibis et potibus q̄ naturaliter hūiditatē q̄ quotidie resoluitur cōueniētius restaurant.

Ibi ⁊ potus qui conuenientius restaurant naturalē hūiditatē q̄ quotidie resoluit̄ sunt multi et p̄cipue euchimij ⁊ sunt hi secūdū Auicen. carnes pullorū pdicis et fastanox et auiū quarū et castratox qui tertiū annū nō trāsierūt et carnes edorū et lactentiū vitulorū et aures et rostra porcorū et tibie et frumentum ex bona messe collectū. Sed hec restauratio variat̄ secundū diuersitatē cōplexionis: sed secundum plurimū sunt euchimia ⁊ precipue post tempus cōsistendi: nam quedam euchimia proueniūt ex vegetabilibus quedā ex viuentibus nulla autē ex mineralibus. Sed fili⁹ principis abohaly dicit in phemio sui regimis q̄ hūiditas illa naturalis q̄ quotidie resoluit̄ restaurat̄ p regimē rectū restaurationis scōm q̄titatē possibilē: et hoc regimē fit euchimis et alijs nutriētibus et scōm plurimū euchimia sunt meliora: sed quedā sunt euchimia q̄ restaurāt naturalē hūiditatē sincerē quedā sinceriorē ⁊ multū lōginquā a corruptione. Et ideo dixi q̄ inter se differunt. nā euchimia prouenientia ex viuentibus nutritis cū bono pastu illa generant humiditatē magis longinquā a corruptione et magis sincerā q̄ alia. Preterea differūt euchimia inter se alio modo. nā panis pisces et carnes et vinū reperiūtur q̄ndq̄ euchimia et humores malos generātia. Sed panis euchimus sinceriorē generat hūiditatē dūmodo bene digerat̄ q̄ carnes euchimie. Et carnes sinceriorē generant ⁊ magis longinquā a corruptione q̄ pisces cōsiderata bonitate vtriusq̄ et vinū vinee sinceriorē q̄ vinū auene vel pomorū vt aliarū rerum. nā licet in oīnibus rebus predictis reperiantur cibaria euchimia tamē vinū euchimū generat et restaurat sinceriorē humiditatē et magis longinquā a corruptione q̄ aliud vinū. Sed carnes et vinū ⁊ vitella ouorū sunt magis ꝓpinqua in generatione sanguis q̄ alia: q⁹ senes indigent restauratione sanguinis et spirituū ⁊ summa regiminis eorū est illud quod calefacit et hūectat ex nutriētibus balneis et potibus et somno prolixo et mora multa in lecto et ꝓuocatione vrine et expulsione fleumatis vt princeps abohaly in primo cañ. capło de regimine senum. Sed nutrientia debēt esse que nec melancoliā nec fleuma generāt nec humorē acutū sicut est caro pullorū perdicū fastanorū edorū lactentiū vitulorū et annualis agni et electuaria calida tempata et humida et quedā res simplices inter quas sunt meliora grana puni et fistice. nam ipsa restaurant naturalē humiditatē et quoddā compositū artificialiter preparatū sepe et in multa q̄titate sumptū vt est zuccara rosata de qua loquitur Auicēna capitulo de ptisi et qō mulier ptisica cuius sepultura preparata erat recepit inde sanitatē ⁊ hūiditatis restaurationē. Sed nota q̄ ideo dixi q̄ euchimia secundū plurimū restaurāt naturalē hūiditatē que quotidie resoluitur propterea q̄ ex euchimijs generantur mali chimi in stomacho calido propterea q̄ in eo aliquando aduruntur cibi: vt haly regalis in capitulo de regimine cibi et ex cibis generantibus malum cibum ex sui natura boni humores sepe generantur et bona humiditas si bene digerantur: quia digestio est radix generationis bone humiditatis: vt Halien⁹ in tegni. Euchimia vero restaurātia naturalē hūiditatē que ⁊tidie resoluit̄ quedā sunt ex viuētib⁹ quedā ex vegetabilib⁹: sed ex viuētib⁹ meliora

Digitized by Google

sunt que ex meliori nutrimẽto nutriunt et illa sinceriorẽ generãt humiditatẽ et magis longinquã a corruptiõe nã carnes illor aialiũ q̃ de sua natura sunt euchimia si pastus illor est malus: chimũ malũ gñabũt ⁊ sic est in piscibus et i ceteris viuẽtib⁹. Nã vidi pullos gallinaceos nutritos ex arillis racemor quorũ carnes erant duriores carnibus auiũ degentiũ in paludibus ad digerendũ et sic est in piscibus: vt patet in lucio et partica nam ipsi nõ nutriũtur velut alij pisces et adeo meliorẽ generãt chimum. Et non solum pastus cõsiderandus est in viuentibus que comedũtur sed locus in quo nutriuntur sicut videmus pisces degentes in mala aqua qui de sui natura generant malos humores et econuerso. Sed in vegetabilibus. iij. considerantur terra: aer distantia solis genus plante. Terra consideratur sic: nam plante que nascuntur in terra effumata fructus earum citius putrefiunt q̃ illarum que nascuntur in terra non effumata et ita est in frumento et ceteris granis sicut patet et ita patet in vino vinee terre effumate quoniam illud citius putrefit q̃ illud qupd oritur in alia terra: vnde accidit q̃ quidam rex libenter bibebat quoddam vinũ bone vinee cuiusdam cultoris. Et cum ipse sciuit regẽ affectare vinũ suum pre ceteris alijs cogitauit vini bonitatem augere ⁊ augmẽtare et vineam ex tercorauit. Et tempore procedente cum rex de illo bibit competit illud vinum esse deteriorꝭ saporis sic bonus gustus est bonus iudex i cognoscẽdo nutrientia generantia naturalẽ humiditatẽ longinquã a corruptione et precipue in piscibus: vt ysaac in libro dietarũ vbi tractat de piscibus dicens. omnis cibus q̃to saporosior tantum nutribilior. Sed grana nata in terra non stercora non tam cito putrefiunt sicut illa que in terra stercorata nascunt. Et que sunt magis longinqua a corruptione magis longinquam naturalem generant humiditatem: vnde inueni montem in qua dam parte regni francie cui⁹ frumentum ibi nascens. vij. vel. viij. ãnis in granarijs illesum conseruabatur quia natura terre vnius est altera melior in generatione nutrientium. et sic omnia nutrientia euchimia que diutius conseruantur sinceriorem generant naturalem humiditatem et magis longinquam a corruptione q̃ alia euchimia. Item vidi in quibusdã vineis propagatis de eisdem propaginibus que adinuicem. iij. cubitis erant propinque quarum vna producebat vinum valens bis tantum in bonitate eiusdem quantum alia et hoc propter terram naturalem accidebat a qua recipit nutrimentum. Sicut alba argilla que dicitur marna que melius generat nutrimentum q̃ terra nõ naturalis. Nam cibus qui sumitur ex plantis natis in terra tali melius generat nutrimentũ q̃ cibus natus ex plãtis natis in terra non naturali. Quod patet qz magis augmentat bonitatem sterilis terre supra quã proijcitur q̃ terra mollis vel simus. Aer consideratur in quo nascuntur vegetabilia ex quibus nutriẽtia capiuntur quia nutrientia prouenientia ex plantis natis in bono aere sunt magis longinqua a corruptione. quod patet in herbis que ibi nascũtur que maiorꝭ sunt virtutis. Et hoc accidit propter ventum qui currit ibi magis libere desiccans putredinem plantarum. Vnde Auicẽna in secundo cañ. vltimo capto dicit q̃ plante nascẽtes in locis ventosis et montanis fortiorꝭ sunt virtutis. Vnde vidi montẽ in partibus romanis cuius aer et plante erant tante bonitatis q̃ animalia morbosa que ibi recipiebant pastum per spacium temporꝭ sanabantur vnde animalia que ca

Digitized by Google

piuntur in locis montuosis sunt maioris virtutis sicut dicit princeps de tyris in sexto. Distantia solis cōcurrit in generatione plante. nam plante que nascuntur in locis remotis a sole fructus earum non tantum durant immo citius putrefiunt: et ita generant humiditatem magis propinquam corruptioni. Quod patet in vineis que nascuntur in quadam parte almanie et quedam parte regni francie quarum vina cito corrumpuntur si super terrā faciant moram precipue in estate. Et hoc accidit quia aqua facta acida invite nō fuit tota trāsmutata in vinū. Et ideo ponit ysaac q multas ꝓprietates habet vinū vinosū mixtū cū bona aqua fontina cū nō est sapor extraneus q̄ vinū aq̄suz absq; aqua: qz in vino aquoso est aq̄ acida: sed in vino vinoso nō: qz aciditas recessit ꝓpter calorē solis. Et forte decoctio vini i nouitate sua suppleret hūc defectū. Q̄nq; accidit q terra calida velut terra sabulosa iuuat hūc defectū solis sed nō multū. Sed bñ patet q distātia solis multū operatur: qz terre a quibus multū distat solicarent multis generibus plantarū scilicet oliuis: ficubus et granatis. Et vina nō pmanent velut in regione calida que decē annis aliquādo conseruantur. Senus plante attenditur in hoc quia q̄uis oīa predicta concurrant et planta sit mali generis nichil valet. quod patet in quodam genere racemorum quorum grana sunt pulchriora alijs tamen vinū quod inde fit breuiori tēpore conseruatur nec est eiusdem bonitatis et saporis in generatiōe naturalis humiditatis. Et sic ex euchimijs bene digestis proue nientibus ex animalibus et plantis potest restaurari et renouari humiditas naturalis et pinguedo in senibus velut rusticus carnem bouis senis innouare cōsueuit sepissime. Sed quidam sapientes caldei dicere voluerunt q humiditas totius corporis possit transmutari euacuando veterem et regenerando nouam. Et hoc dixerunt posse fieri prius potius purgando humiditatem interiorem cum farmacia. z illam que est in carne et cute cum sudoribus quarū vna regeneratur cum cibis euchimijs preparatis artificialiter ad conuertendum quibus sunt admixta que non subiacent corruptioni. Et sic humiditate carnis euacuata per sudorē et interiori per farmaciam opus est vt regeneret cum predictis cibarijs et inunctionibus a corruptione longinquis. Et per substractionē ventris humiditatis propinque corruptioni subiaceñ. et per regenerationem bone humiditatis longinque a corruptione innouabitur homo et eius durabilitas longo tempore permanebit. Et hoc antiqui faciebāt: et adhuc quidā sapientes caldei vt quidam dixerunt sciūt facere quorum sapientiā ignoro. Et hoc dicitur fuisse factum cuidam captiuo germanico a quibusdam sapientibus in arabia: sed ouidius dicit hoc medeam fecisse cum vno medicamine ex diuersis medicinis compositō q̄uis illud a quibusdā fabulose intelligat: et sic ex his et aliquibus predictis potest patere vestre clementie carissime princeps quare antiqui multum viuebant: quia eorum cibaria generabant humiditatem naturalem longinquam a corruptione et alia causa erat puritas aeris. Tertia ꝺseruatio regiminis. quarta vi⁹ ꝓprietatum quarūdam rerum que defendunt naturalem humiditatem cito dissolui quarum cognitio non peruenit ad grecos. Et sic nunc postq̄ vidimus de cibis et potibus qui naturalem humiditatē que quotidie resoluitur restaurant: videndum est de his que eam defendunt et retardāt dissolui.

Digitized by Google

De his que naturalem humiditatem defendunt resolui et restauratam sincerant ne cito resoluatur et calorē naturalem ⁊ humiditatem retinēt tēperatā.

Es que naturalem humiditatē defendunt et retardāt dissolui ⁊ restauratā hūiditatē sincerāt sūt tres. quaꝝ vna natat ī mari. ſ. margarita alia iacet īviscerib⁹ terre. ſ. aurū tertia iuenit ī viscerib⁹ aialis lōge vite. ſ. os de corde cerui. Et nō solū p̄dicte res naturalē hūiditatē retardāt a dissolutiōe: sed eā et calorē naturalē retinēt tēpatū ⁊ ab eoꝝ tēpantia nō inutāt: qz donec calor naturalis et hūiditatis naturalis est tēpata in hoīe: calor naturalis tēperat et corroborat: qz sanitas ⁊ durabilitas ī hijs duob⁹ existit. Et hoc est preceptū qō dicit Aristoteles in epla ad alexandrū. Sed hee res debēt sumi electe et preparate: qz in earū p̄paratione est totū secretū quod sapientes occultauerūt: et sunt spisse substantie. Jdeo sunt terende ad summum. Quia filius p̄cipis abohaly dicit in secūdo can. capto de iudicijs quarūdam medicinarū q̄ omnes medicine spisse substātie in vltimo sunt terende. Et ppie cū mea intentio est vt ad finē pueniant elongationis et ad quartā transeāt digestionē vt ad cor et mēbra similiū partū. Sed he predicte res indigēt electione et p̄parationibus multis quarū vna est bona alia melior tertia optima. Sed medicina que inuenit in aīali longe vite est cartillago q̄ vltra vnū scrupulū nō ponderat. que in oibus fere aialibus est sanguis. vnde inuentū fuit vnū de illis aialibus tēporibus nostris in cuius collo fuit inuētus circulus aureus inscriptū erat. hoc aial fuit p̄iectū in hoc nemore tpe iulū cesaris. Sed hec medicina est. f. et sic. et retardat naturalē humiditatē dissolui et calorē naturalē et eius humiditatē retinet tēperatā si cū calidis aromaticis cordialibus temperetur. Sed de illa que natat in mari. ſ. margarite: quidā dixerunt eā esse frigidam quidam temperate complexionis. vt ysaac filius salomonis loquitur ad eos dicens q̄ sanguinem proprie clarificat cordis et eius grossitiem extenuat ⁊ humiditatē in oculis coadunatam desiccat valet cardiacis et tremori cordis et timorosis et suspiriosis ex colera nigra patientibus. Et dixerunt alij q̄ valet epilticis et facit vomere sanguinē coagulatū infra corpus ex vulnere vel ex aliqua alia causa si pulvis eius sumat in potu. Jtē dixerunt alū q̄ si de hac medicina fiat aqua vel aliquo ingenio sit liquefacta curat egritudines p̄ueniētes ex errore quarte digestionis si ex ea cutis lauet sicut sunt morphee albe. Sed medicina illa q̄ iacet ī visceribus terre scilicet aurū. habet p̄prietatē humiditatē naturalē a dissolutione retardare et eā in suā retinere tēperantiā et calorē naturalē tēperatū in sua retinere tēperantia et distēperatū ad suam tēperantiā reducit. Et dicit ysaac in libro de sustentatione artis medicine q̄ habet proprietatem subueniēdi de facto stomacho et timorosos et cardiacos cōfortat et est ptra melācoliā allopiciā atq̄ tyriā. Et princeps dicit q̄ cōfert dolori cordis et tremori ipsius et ei qui solus loquitur ex malicia anime de nocte nec est admirandum si hec medicina que iacet in visceribus terre facit

Digitized by Google

